



1018

8

57



N

Diese Zeitung.

all

mit

B. 790.

— 4 —
Ex libris Bartholomaei Saur
Quderstadiani.

Anno salutis nostrae

i 6 z 8.

Disce sed à doctis, indoctos ipse
do ceto.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.







MERCVRII GALLOBELGICI,
M. GOTARDO ARTHUSIO p. m. Suc-
CENTVRIATI,

Sive

R E R V M I N
GALLIA ET BELGIO PO-
TISSIMVM; HISPANIA QVOQVE,
ITALIA, ANGLIA, GERMANIA, VNGA-
ria, Transylvania, vicinisq; locis, à nundinis Francofor-
diensibus 1627. vernalibus, ad autumnales vsq;
eiusdem anni cum primis gestarum,

HISTORICÆ NARRATIONIS

continuata,

TOMI DECIMI SEXTI,

LIBER TERTIVS,

Verè & fideliter conscriptus per

GEORGIVM BEATVM Fr.

Ph. M. & Not. publ. Cæsar.

Cum S. Cas. Majest. Privilegio Speciali.



FRANCOVRTI,

Sumptibus vidua Sigismundi Latomi, Anno 1627.

M. ERG. V. R. I. I. C. A. L. L. O. B. E. L. G. I. C. I.

M. GOTARDO ARGENTIO P. M. S. P. C.

GEN. LAT. 1541

1541

R. E. R. V. M. I. N.

G. A. L. L. I. A. E. T. B. E. L. G. I. O. P. O.

T. R. I. M. V. M. ; H. I. S. P. A. N. I. A. Q. U. O. Q. V. E.

I. T. A. L. I. A. ; A. N. G. L. I. A. ; G. E. R. M. A. N. I. A. ; U. N. G. A.

in T. R. I. M. V. M. ; H. I. S. P. A. N. I. A. ; G. E. R. M. A. N. I. A. ; U. N. G. A.

in T. R. I. M. V. M. ; H. I. S. P. A. N. I. A. ; G. E. R. M. A. N. I. A. ; U. N. G. A.

H. I. S. T. O. R. I. C. A. A. N. T. I. Q. U. I. T. A. T. I. O. N. I. S.

cont. 1541

T. O. M. I. D. E. C. I. M. I. S. E. X. T. I.

L. I. B. E. R. T. E. T. V. I.

1541

G. E. O. R. G. I. V. M. P. A. T. V. M. I. N.

1541

C. A. S. S. C. E. M. I. S. S. I. P. R. I. V. I. L. E. G. I. O. S. P. E. C. I. A. L. I.



T. R. I. M. V. M. ; H. I. S. P. A. N. I. A. ; G. E. R. M. A. N. I. A. ; U. N. G. A.

in T. R. I. M. V. M. ; H. I. S. P. A. N. I. A. ; G. E. R. M. A. N. I. A. ; U. N. G. A.





MERCVRII GALLO-
BELGICIM. GOTHAR-
DO ARTHVSIOP.M.
SUCCENTURIATI,

TOMI XVI. LIBER III.

*EO RVM, QVÆ à NVNDINIS
Francofurtanis Anni 1627. vernalibus,
vsq; ad nundinas autumnales eiusdem an-
ni, memoratu passim digniora
acciderunt, relationem
continens.*



NITIVM relationis no- Anno
stræ historicæ semestralis au- 1627.
spicaturō, primus occurrit *Turcarum*
Magnus Turcarum tyrannus, *exercitus*
qui sub initium mensis Martij *contra Per-*
sam.
copiosissimum exercitum in Persarum Re-
gem, sub imperio Primi Vezieri Calil, e-
duxit, impedimentis Scutarin præmissis,
cui contrarias Persa copias oppositurus,
A 2 castel.

Anno castellum Vannense oppugnauit, & ditio-
 nis Turcicæ nonnulla oppida in potesta-
 tem redigere conatus, alia vero munitio-
 nibus & propugnaculis fossisque amplio-
 ribus munire instituit, quo Ottomanni-
 ci exercitus impetum fortius repellere, &
 Babylonix oppugnationem, quam Tur-
 ca moliri credebatur, auertere posset.

*Res inter
 Casareos &
 Danos ge-
 sta.*

Hæ in Orientali plagæ turbæ, non mi-
 nus vero in orbe nostro res turbulentiæ,
 imo maiori furore Mars, post superata hy-
 emis incommoda, in campum prodire
 visus: Vtriusque enim exercitus Cæsarei
 nimirum, & Danici Duces generales copias
 in apricum producentes, diuersa Prouin-
 ciæ Brunsvicensis, & circum iacentium re-
 gionum oppida, arces & vrbes præsi-
 diis firmare, valloque & propugnaculis munire
 aggressi, nouas conscribere copias, & sub-
 sidia legere, eum in finem Morgant copia-
 rum præfectus 17. Mart. 41. militum tur-
 mas Anglorum Enchusiam aduexit, &
 nonnullæ aliæ Amsterdamum prætervectæ
 ad Daniæ regem transitum moliti, quin-
 to Aprilis Stadam ad Regem appulere:
 nonnullis interim fuga à signis dilapsis,
 è quorum numero quadraginta Ultraiectum
 captiui deducti. Quatuor millium etiam
 conscribendorum licentia à Gallorum Re-
 ge,

ge, Dano facta, stipendiis in eorum sustentationem certis, constitutis: prout ab Angliæ quoque Rege factum, & immensa pecuniarū summa, quæ milliones aliquot transscenderet, in subsidium militibus auxiliariis assignata. Hisce igitur subnixus subsidiis Daniæ Rex triū mensium stipendium militibus erogare, & omnia, quæ ad apertam belli offensivi vim necessaria videbantur, magna cura præparare intendit.

Nec minori cura Illustr. Cæsarei exercitus Generalis, Comes Tillius, Dux fortissimus, & nulli veterū, siue insignem militaris experientia, siue perpetuæ felicitatis laudem spectes, postponendus, omnes hostium conatus antevertere, præsidia circa Northemium, Nienburgum & alia loca augere, & parte copiarum assumpta Steurvvaldium petere constituit, quo maiori vi Northemium oppugnare posset, cuius præsidarii crebris eruptionibus factis circum iacentia oppida, inque iis Libenauiam, Seydenburgum, Holzhusium, Musler, Schinæ monasterium, & VVellinum partim incendio deuastarunt, partim ruinæ & exitio dedere: prout ab Nyenburghi præsidariis quoq; factum, qui quotidianis excursionib. in episcopatum Mindanum institutis, magna præda abacta, in-

Anno colas Petershagianos vt magnam frumen-
 1627. ti copiam Nienburgum transmitterent, vi-
 minisque adegere, quorum exemplum et-
 iam Brunsvicenses præfidiarii imitati, in vi-
 cina oppida, villas & pagos excurrere, &
 dispoliatis incolis prædam in urbem au-
 here huc vsque soliti.

*Vinariensium
 in Silesia
 res gesta.*

Vinarienses interea copiæ in Silesiæ
 Prouincia dispersis præfidiariis, omnes in
 Polonia & Vngariæ Regna transitus op-
 portunos occupantes magnis copiis Neo-
 uesii vicina infedere, & Cosselium in po-
 testatem redegere, præda insigni parta,
 quæ argenteam suppellectilē, vltra 70000.
 Imperialium summam excedebat, hinc
 vrbe præsidio firmata, auxiliares ab Oye-
 stana vrbe submissos, fortiter exceperere, &
 turmis duabus Cofaccorum deletis, Ger-
 manis vita donatis, Oyestam & Glesbitziū,
 intercepere, præfidiariis Glesbitzi initio
 satis strenue urbem propugnantibus, pro-
 ut ex subiunctis literis manifestū. A Vina-
 riensib. capta vrbe Beuthensi, & munita,
 turmæ decem Cofaccorum, eam interci-
 pere tentantes, vrbi appropinquauere,
 & suburbiis incendio deletis in potesta-
 tem redigere conati. Verum Vinarienses
 nonnullos equites in Silua vrbi vicina in
 insidiis dispositos, opportuno tempore
 hostem

hostem aggredi in mandatis dedere, & ex Anno ipsa vrbe eruptione tentata, Polonos in 1627. fugam adegere, qui nonnullis amissis receptui cecinere. Ne his acquievere Vinarienses, sed proxima Lunæ die, quæ in 19. Martij mensis incidebat, vna cum Copiarum præfecto Brandisio Troppauia egressi, Oyestanam urbem quæ firmo præsidio tenebatur oppugnant, incendio deuastant, & militum Præfectum captiuum abducunt, vicini vero incendium animaduertentes, subsidio venire conati, in hostes Vinarienses incidere, & nonnullis amissis, retrocedere coacti.

Cum vero de ditione interea Vinarienses tubicine misso Oppaliæ imperassent, præsidio aucto, vrbs munitionibus excita firmata, & pons Oderæ impositus abruptus: Eodem modo & Briega vrbs, simili modo tentata, præsidio firmata, & tormenta aliquot maiora in muris disposita fuere.

Non minori interim vigilantia & prudentia Cesiss. Fridlandiæ Princeps, copias dispersas contrahere, & hostilem impetum maximo conatu felicissime retundero conatus, copias de novo conscribere cepit, eumq; in finem vigesimo huius mensis Comes de monte Cuculi cum copiis

Anno 1627. suis Silesiam ingressus est, cuius vestigia legere copiae Preunerianae, & Holsatae: ipso Friedlandiae Principe, ob aduersam valetudinem subsistere coacto, qui recuperata sanitate dispositis per postas equis, vna cum Gener. D. à Quæstenberg, vigesimo huius mensis Viennam appulit. Cum vero interea Vinariensium copiae Neouesium aggressuri viderentur, D. Pechmanus copiarum Dux Vratislauia aduolans altiora quæque ædificia tolli, omnia ad fortiter sustinendam obsidionem necessaria instrui urbemque munitionibus fortissimis cingi curauit.

Res in Belgio inter Hispanos & Batavos gesta.

Non minori industria confederati Belgii Ordines Bellum terra marique apparauere, & Amstelrodami, vt & in Hollandiæ citerioris quibusdam locis naues quinquaginta maiores, contra Dunkerkanorū & Hispanorum impressionem, instruxere, Slusæ etiam, Vlissingæ & nonnullis aliis in locis quamplurimas triremes, & Vlissingæ armamentarium nouum, in quo omnia ad adornandam classem necessaria præpararentur, instrui curauere, Hagæ quin etiam Comitibus diuersas bellicas machinas, & tormenta, apparauere, & explorationem de viribus & efficacia eorundem, instituere. Horum conatibus obuiam eundo Illustriss.

striff. Spinola duobus castris Belgas confederatos oppugnare & alteris Bergā ad So-
mam, alteris ipsum Confederatorum exercitum petere constituit, nouam etiam munitionem Steinbergam omnibus ad tolerandam obsidionem necessariis instruere, & hostiles conatus retundere conatus. Anno 1627.

Superiori libro secundo Tomi Decimi *Litera Illustr. D.*
Sexti, Holsatos Ordines comitiis Rensburgi celebratis, subsidiaria auxilia Dania *Com. Tillii, ad Principem & Ordines Holsatos.*
Regi sese submissuros, decreuisse, diximus. Quod cum Illustr. Tillij Comes magno praiudicio Cæs. Majest. & vniuersæ Prouinciæ detrimento futurum cerneret, literis exhortatoriis, ad Prouinciæ Ducem & Ordines scriptis, à proposito eos deterre-
re conatus est: quarum copiam, iam de-
num vertente hoc semestri transmissam, in gratiam lectoris, integram Comitiorum descriptionem desiderantis apponere placuit, non attento, quod temporis ratione ad proximum librum spectarent.

P.P. Minime sese latere, inquit, sed tam ex aliorum fide dignissimorum hominum, narratione, quam typis expressa declaratione, & deductione cognouisse, quam pernitiōsa, & in totius Prouinciæ ruinam, detrimentum etiam & imminutionem S. Cæs. Majest. honoris, supremæ potestatis,

A S &

Anno & pacifici animi propositi, Cels. ipsius, 1627. (quam etiam non sine ignominia nota submouissent,) subditis proposita, & annuente Gerardo Rantzouio Produce, decreta ac confirmata sint. Nec tamen dubitare sese, quin Cels. ipsius, hoc casu, in negotio contra expressissimum Dei Mandatum, vergente, quodque apud S. Cæs. Majest. Seren. S. Rom. imperii Electores, Principes & Status, & totam posteritatem vllomodo excusari nequeat, sui etiã interesse, & publici emolumentum rationem eo modo sit habitura, ne, permissis & effectui traditis clandestinis & perniciosis istiusmodi machinationibus, & manifesto belli apparatu, sui ipsius incolumitas, & subditorum, innocentumque, quorum tutela ipsi à Deo sit commissa, salus, instabilis & variantis fortunæ arbitrio committatur. Omni proinde conatu, Cels. ipsius prout vi & efficacia juramenti præstiti teneatur perniciosos istiusmodi machinationes, & consilia, prohibere, e contra vero ad reducendam pacem, omnia sua consilia, & propositas conditiones potius referre, quam prohibita istiusmodi extrema amplecti dignetur, ad ea Cels. ipsius sese beneuole & sincere adhortari, & nomine S. Cæs. Majest. monere, transmittere vero hisce etiam

CO-

copiam earum literarum, quas ratione Anno
huius negotii ad Ordines Ducatus Holsa- 1627.
fatiae, necessitate urgente, perscripserit.
Dab. Peinæ. 2. Febr. 1627.

Adiunxerat hisce Dn. Comes Tillius *Litera D.*
litteras, ad Equites & Ordines prædicti Du- *Com. Tillii*
catus Holsatiae: P.P. Cognouisse nimirum *ad Ordines*
fese, non ex aliorum fide dignorum narra- *Holsatia*
tionibus solum, sed etiam ex habita pro- *Duc.*
positione, quæ 28. Nov. anni proxime elap-
si, nomine Daniæ Regis proposita,
& per Gerardum Rantzouium eorum
primo, postremo vero etiam reliquorum
omnium nomine, acceptata, & rata habi-
ta, in publicum edita responsione, ipsos
contra S. Rom. Imperii Constitutiones,
propriam conscientiam, & juramenti præ-
stiti vinculum, quo S. Cæs. Majest. Domi-
no suo Clementissimo obstricti tenean-
tur, perniciosæ, & in publicam totius Pro-
uinciæ ruinam tendenti, expeditioni belli-
cæ, & congregationi omnium incolarum
totius Ducatus, nulla præuia legitima cau-
sa, nomina dedisse, posthabitis, Clemen-
tissimi D. Imperatoris per Magn. D. Hen-
ricum Husanum consiliarium suum & Le-
gatum, paterne admodum factis adhorta-
tionibus, & editis mandatis auocatoriis,
quibus præter insertas pœnas, omnes &
fin.

Anno singulos secundum jus & iustitiæ normam
 1627. protecturum, nulliusque cuiuscunque ordinis & Status ille sit, priuilegio, immunitati, juri, & iustitiæ, vnquam, quicquam derogaturum, nullam ve iniuriam vel molestiam illaturum, vel cuiquam tale quid permissurum, clementissime promisit, quæ quidē perniciosissimæ & turbulentæ coitiones, instinctu inquietorum quorundam & turbulentorum pacis quietisque publicæ osorum, sub prætextu falso persuasæ cuiusdam, contra prædecessorum, suorum laudabilem consuetudinem, & insignia facta, introducendæ Hispanicæ seruitutis iugo, instabili vulgo proposita fuisse, quo vel sic omnes Ducatus incolas ad capessenda contra S. Cæs. Maiest. arma inducere, & inani metu seruitutis, oppressio- nis verbi Diuini, violationis coniugum & liberorum, aliorumque immanium scelerum quæ ipsorum ceruicibus inhærere, (sed falso) iactabantur, hanc in belli scenam pertrahere possent.

Cum vero hæc omnia & singula longe aliter sese habeant, quippe cum conficta omnino, & ex S. Cæs. Maiest. huc vsque habitis consultationibus, actionibus & gestis contrarium potius appareat, manifestumque sit, S. Cæs. Maiest. Dom. suum
 Cle-

Clementiss. omnes suas actiones, & consilia eo direxisse quo Bellonæ sæuissima in- Anno
 commoda auerti aureaque Pax & quies 1627.
 constantissime reduci possit, eumque in fi-
 nem ab paternis & clementissimis exhor-
 tationibus, Maiest. ipsius Cæs. hactenus
 non destitisse, ex aduerso vero aduersario-
 rum consilia & propositum iam dudum o-
 mnibus manifesta reddita esse, cū ab inito
 statim Pacificationis Brunsvicensis con-
 uentu, turbulenti isti Pacis osores, contra
 S. Cæs. Maiest. & Electores Principesque
 Romanæ aquilæ signa venerantes, & S.
 Imperii Constitutiones, Pacisque publicæ
 sanctionem sanctissimam, prohibitis coi-
 tionibus, & confederationibus innixi, alios
 etiam Imperii Status ad ea amplectenda
 inducere conati sint, quin & armis, consi-
 liis ac machinationibus, perniciosissimis,
 quibus patriæ amantissima salus turbare-
 tur, instruere, summa opera & studio con-
 tenderint: quin imo etiam nunc cum de-
 trimento & periculo totius Prouinciæ idē
 adhuc saxum volui, nationis exteræ mili-
 tes, Anglos, Scotos, Hibernos, Gallos, Un-
 garos, Tartaros etiam & Turcas intra Ro-
 mani Imperii fines introductos, deuasta-
 torem etiam Prouinciarum, S. Imperii
 perduellem Mansfeldium, in florentissi-
 mæ

Anno mæ Prouinciæ Germanicæ sinum addu-
 1627. ctum, eique omnia necessaria, militares
 scil. copias pecunias, belli neruū, & anno-
 nam subuectam, Vinariensem etiam cum
 suis Ducē adhortatos esse, vt in S. C. Maj.
 Ducatum Silesiacum, & Marchionatū Lu-
 fatiæ irruerent, in potestatem suam redi-
 gerent, & subditos à Cæs. S. Maiest. Domi-
 ni suo hereditarii obedientia abductos,
 sua in verba iurare cogere, postremo et-
 iam illos in Cæs. Maiest. regnum Vngari-
 cum ablegatos, vt magna cum infamia no-
 minis Christiani, cum iurato Christiani-
 tatis hoste, Turca tyranno vires coniunge-
 rent.

Ex hisce igitur omnibus S. Cæs. Maiest.
 aduersariorum conatus & consilia perni-
 ciosissima, quæ totius Reip. ruinam secum
 trahant, manifeste omnibus apparere, nec
 iam amplius precioso Defensionis publi-
 cę Prouincialis velamento tegi posse. Quin-
 imo omnibus & singulis celsiss. huius Du-
 catus ordinibus notum esse, nullo modo
 coram Deo Opt. Max. S. Cæsar. Maiest.
 Domino suo Clementissimo, vniuersa
 Prouincia, & posteritate, hancce cum Cæs.
 Maiest. aduersariis in itam iniustam, & ipso
 facto culpabilem confederationem coi-
 tione Nobilium armisque subditorum
 stabi-

stabilitam, excusari posse. Multo vero magis officii eorū esse perspicuum esse, sua ut iuramenta Cæs. Maiest. utpote supremo magistratui, & feudi domino præstita diligentius obseruent, & exemplo laudatissimorum suorum maiorum, qui pro defensione Imperatorum, potius, non vero contra eosdem, (prout falso iactatum) vitam sanguinemque suum magna nominis cū celebritate, & immortalis gloria, profudissent, in debita obedientia perseuerent, neque ab ullo alio turbulento homine sub quouis prætextu aut modo, quicumque ille fuerit, & in detrimentum & imminutionem honoris Cæs. Maiest. vergere possit, ab obedientia debita abduci sese patiantur, cum vel in primis ipse euentus ostendat, Deum ter Opt. Max. omnes & singulos, qui tristissimæ huius tragædiæ, & seditionis, armorumque contra Cæs. Maiest. sumendorum authores fuere, grauissimis pœnis affectos, omnium ludibrio & ignominia exposuisse, memori etiam mente recolere debere eos, ipsum Palatinum Ducem diuina urgente vindicta, vna cum fortissimo exercitu An. 1620. eo ipso in loco, in cōfinio vrbs Pragēsis, quo proximo elapso anno, ab Bohemiæ Ordinibus ad regnum Bohemicum illegitime vocatus, exceptus

Anno ceptus fuerat, cæsum, esse, imo & anno
1627. 1622. & sequentibus, fortissimos exerci-
tus & belli Duces, qui contra Cæsarem ar-
ma sumpissent, deuictos, dissipatos, om-
nium ignominia, & prædæ expositos
fuisse.

Cum igitur ex hisce omnibus facile per-
spicere possint ordines, vana spe lactatos
se se & seductos ab iis, q̄ bella minasq; spi-
rantes, patriæ ruinam exoptent, Sacræ ve-
ro nihilominus Cæs. Maiest. clementissi-
mus animus, & gratia cunctis Christiani
orbis incolis quamplurimis exemplis cle-
mentissime contestata etiam num illis pa-
teat, Ea propter nomine S. Cæs. Maiest.
clementissime eos exhortari se se, & obte-
stari, vt hisce omnibus maturime confi-
deratis, declarationi & responsioni ad pro-
positionem illam Danicam factæ nuntium
remittant, & ab huiusmodi confederatio-
ne ac coitione, quæ contra Dei ter Opt.
Max. mandata, & summum orbis Chri-
stiani caput, & Monarcham, contra S. Ro-
mani Imperii Constitutiones, præstitique
proprii iuramenti vinculum instituta, desi-
stant, omnesq; suos Daniæ R. submissos au-
xiliares, domum ocius reuocent, nulla et-
iam regio exercitui aliis ve, contra Cæsar.
Maiest. arma gestantibus subsidia, copias
auxi-

auxiliares, stipendium, annonam alia ve Anno
 necessaria, sub vilo prætextu, aut conditio- 1627.
 ne subministrent, sed potius facto & rei-
 ipsa, cum S. Cæs. Maiest. supremi omnium
 Domini, & summi orbis Christiani Mo-
 narchæ copiis sese cōiungant, & prout ipso
 iure, & obedientiæ vinculo adstricti te-
 neantur, in debita subiectione persistant,
 neue contrario ausu, ad priuilegiorum,
 confirmationum, iurium & immunita-
 tum ipsis concessorum cassationem, vt &
 in S. Imperii Constitutionibus, & manda-
 tis Cæsareis auocatoriis, comprehensarum
 pœnarum indictionem procedendi, an-
 sam præbeant: &c. Peinæ. 2. Febr. 1627.

Eodem etiam tempore ad Equestris or- *Eiusdem li-*
 dinis viros Ducatus Megapolitani literas *tera ad Or-*
 hoc ipsum negotium concernentes, dedit *dinem E-*
 Illustr. Comes Tillius: *questr. Duc-*
catus Me-
gapolitani

P. P. Magnificum scil. & Nobilem vi-
 rum, Dn. Henricum Hufanum, S. Cæsar.
 Mai. Consiliarium, & Legatum, pluribus
 significasse sibi, eos, propositis sibi Cæs.
 Maiest. clementissimis mandatis, & ex-
 hortationibus, per Deputatos suos, &
 tres Prouinciæ Marefcallos, Rostochij
 congregatos, omnia obedientiæ, subie-
 ctionis, & fidelitatis officia, S. Cæs. Ma-
 iest. domino suo clementissimo, summo
 B orbis

Anno orbis Christiani capiti, & Imperatori, ac
 1627. feudorum Domino, suo, & suorum omni-
 um bono, detulisse, in eaque usque ad ex-
 tremum usque vitæ spiritum obedienter
 perstituros esse; Neq; dubitare sese, quin
 resolutioni huic, & declarationi firmiter
 inhæsurî sint, nec ab vlllo, pacis disturbato-
 re, & consiliorum turbulentorum mode-
 ratore, ab illa vlllo modo abduci sese passu-
 ros, sed potius illam animi subiectionem,
 & obedientiam, S. Cæs. Mai. debitam, re
 ipsa & opere vrgente necessitate, erga i-
 psam Cæs. Maiest. declaratos, & contra
 ipsius hostes auxilio futuros. Cum vero
 non solum, à fide dignis significatum ipsi
 sit, sed etiam ex publicis typis editis con-
 clusionibus, & declarationibus in Rens-
 purgico conuentu, à Daniæ Rege habito,
 cognouerit, Holsatiæ Ducatus Ordines,
 magna cum sui ignominia vigore Con-
 clusionum, & declarationum quamuis i-
 pso iure nullarum & inualidarum, contra
 S. Cæs. Maiest. supremum orbis Christiani
 caput, & feudorum Dominum, eiusq; pœ-
 nalia mandata vbique locorum publice
 affixa, 28. Nouem. proxime præteriti anni
 1626. spreta etiam Ducis Holsati, Prouin-
 ciæ Domini, autoritate, & interuentu,
 prædicto in Conuentu, editarū, diuersum
 per-

persuadere esse conatos. Repetitis igitur Anno
 etiam ijs, quæ ex castris Rhetensibus 10. 1627.
 Dec. ad eos perscripsisset, adiectisque lite-
 ris ad prædictos Holsatiæ ordines trans-
 missis, exhortari sese, & obtestari, ut in pro-
 missa Cæsareo legato D. Hufano obedi-
 entia, & subiectione erga S. Cæs. Maiest.
 constanter perseuerent, neque turbulen-
 tis consiliis, & persuasionibus locum relin-
 quant, nullaque Cæsar. Maiest. aduersariis
 subsidia, contributiones, aliave auxilia,
 vlllo sub prætextu, submittant, sed potius
 S. Cæs. Maiest. utpote supremo omnium
 Domino debita subiectione, constanter
 sese adiungant, & obedientiam præstent,
 certoque statuunt, hæc sui non solum esse
 officij, sed etiam ad confirmationem om-
 nium priuilegiorum, pignorationum, &
 immunitatum ipsis ante hac concessa-
 rum, tendere, &c. Peinæ 2. Febr. 1627.

In Belgio interim Duynkerckę, maxi- *Hispanica*
 ma hoc tempore nauis adornabatur, quę *maxima*
 600. onerum nauticorum capax, & tri- *nauis adifi-*
 ginta sex tormentis æneis instructa fuit. *cata.*

Terræ motus ingens in fodinis Gresla- *Terra mo-*
 cēsibus, exortus, quamplurimas hoc tem- *tus.*
 pore fodinas solo æquauit.

Celsissimi interea Principes, Maximili- *Funeris*
 anus & Gundaccerus, Lichtensteinii Pra- *Lichtenstei-*
 gam *nii.*

Anno 1627. *ani dedu-
tio.* gam aduolantes defuncti fratris Principis Lichtensteinij corpus Troppauium suæ ditionis oppidum traducturi : quod haud magna cum solennitate in Morauia arcem Eysengruben dictam, deductum interea fuit.

*Rustici Au-
striaci ad
mortem con-
demnati.* Superiori libro secundo cladem Rusticorum Austriacorum, qua iusto Dei iudicio, ob excitatam contra S. Cæsar. Maiest. dominum nostrum, & Imperatorem clementissimum rebellionem affecti & domiti sunt, latius persecuti sumus.

Ex ijs igitur primarij quidam seditio- nis illius authores, custodia traditi, suppli- cio hoc ordine affecti fuere, Vigesimo nempe Maij, anni huius 1627. Lintzij vr- bis portæ clausæ, & octo ex ijs in adorna- tum in foro pegma turmis aliquot mili- tum, tum equitum, tum peditum cinctû, ascenderunt, quorum septem Romano- Catholicam fidem amplexi, peccata Soc. Iesu patribus confessi S. Cœnæ participes facti, vltimus vero Augustanam Confessi- onem professus est, hinc in Curiam dedu- ctis sententia condemnatoria ex scripto recitata, quæ quidem satis seuera, ab cle- mentissimo Cæsare ex innata animi cle- mentia mitigata fuit. Primus itaque eque- stris ordinis, & militum ductor in pegma dedu-

deductus, capite truncatus est, corpus in Anno
 tumba repositum, caput vero sub vespe- 1627.
 ram, solenni adhibita processione tumulo
 reconditum, secundus vero Iudex urbis
 Steurz, eodem modo capite truncatus, &
 caput patriæ turri impositum, hinc reliqui,
 Holzmullerus, Ioannes Leyderer, quin-
 tus vero rusticus, qui ab Augustanæ Con-
 fessionis professione recedere noluit, vt &
 reliqui tres eodem modo capitibus ab-
 scissis in frusta quatuor dissecti sunt.

Res interim in Italia hoc etiamnum
 tempore turbauere, tres etenim turmæ
 Grisonum, cum aliquot aliis Gallorum
 turmis, territorium Bianze in confinio
 Mediolanensis Ducatus ingressi, depræda-
 runt, nonnullis locis incendio deuastatis,
 & incolis eiectis: idque in talionis pœ-
 nam iustissimam, cum magnis cladibus
 durante bello ab ijs sese affectos, quere-
 rentur. Milites tamen ex tota prouincia
 abducti, munitiones solo æquata, & arx
 Piatamala muri que Tyrani, & Chiauanæ
 diruti, sicque incolis iuxta tenorem pacifi-
 cationis inter utrumque Hispaniarum &
 Galliarum Regem in itæ tenorem, admi-
 nistratio Reip. restituta.

*Res in Ita-
 lia gesta.*

Sabaudia vero nihilominus Ducē ma-
 gnas contra Genuates copias contrahere

Anno vt & Galliaë Rex millia aliquot militum
1627. conscripsisse, & sub signis habere, proditum est.

Pontifex vero Maximus copias suas Ferrariaë & Bononiaë impositas dimittere, stipendiumq; dinumerare in mandatis dat, hinc Mansfeldij copia dimissa, & in Germaniam deducta, præsidarij etiam, qui in ditone Comascena hætenus commorati, locis quæ prius tenuerant, rursus impositi, & tormenta ex tota regione deducta fuere. Qua rerum facie illecti incolæ, ad pristinas sedes rediere. Marchio interim de Coure in Galliam transiens, Galliaë Regis oratori, Curiaë cõmoranti, rerum summa demandata, Grisonibus ingentem pecuniaë vim, à Gallo, ad conducendos auxiliares & prouinciam tutandam transmiffam, tradidit, hocque eo magis necessarium videbatur, quod Heluetiorum copie prouinciam rursus ingressæ fuissent, ipsis Heluetiis vt & ipsis incolis in diuersas partes abeuntibus, qua etiã de causa Chiaueræ seditione inter ciues exorta, aliqui eorum occisi, nonnulli vero vulnerati fuere.

Genuates interim de ingenti pecuniarũ sũma quæ auri milliones aliquot transcendere ferebatur, conuenere cum mercato-

catoribus, quo etiam sesquimilliones auri Anno
ex Hispaniæ transmissæ.

1627.

Res interim in aula & administratione *Res in Hi-*
Regni Hispaniæ turbauere, hisce vt mede- *spania gesta*
lam adhiberet Seren. Hispaniarum Rex
Visitatores quatuor viros grauissimos de-
legit, qui in ministros, & gubernatores re-
gnorum Neapolitani, Siculi, Mediolanen-
sis Ducatus, & Flandriæ Comitatus inqui-
rerent. Comitem etiam de Oliuares &
heredes primogenitos Generalem thesau-
rariū Regni Arragoniæ constituit, & com-
missarium S. Lucam urbem transmissit, ad
subducendas cum nauarchis Indicis ratio-
nes, quæ ad octo milliones transcendere,
ex quibus 200000. regio fisco adscripta.
Don itidem Petrus de Zuniga, & Marchio
de Auila in locum Don Ferdinandi Giron,
Consiliarij di Stato substituti, & cum Ge-
nuatibus, vt & Lusitanis de ingenti pecu-
niæ vi transactum.

De Suecorū expeditione præterito an- *Suecorum*
no in Borussiam, & agrum Dantiscanum, *expeditio*
instituta superiori libro dictū, Mense vero *contra Po-*
Martij vertentis anni, partim Poloniam *lonos.*
versus, partim Pomeraniæ & Marchiæ fi-
nes progressi, expeditionem mouerunt,
tormenta aliquot bellica secum trahentes.
Horum impetum vt aliquo modo retun-
deret

Anno 1627. deret Rex, ab Illustr. Pomeraniæ Duce transitu eos prohiberi, & comineatu petiit: verum frustra, instructi enim illi copiosissima annona, & pane biscocto, terrestri pariter ac maritimo itinere progredi facile potuerunt. Poloni interim in obsidione oppidi Putzke moram huc vsque trahentes, cuniculis duobus actis, duobus etiam alijs muris succedere parabant: quod animaduertentes obsessi, imbecilliozem sexum Pillauiam amandauere, quibus Dantiscani naues aliquot bellicas subsidio miserunt.

*Ill. Hassia
Principis
Darmstadi-
ni nuptia
cum Elect.
Sax. Filia.*

Hoc interim tempore Illustriss. Hassiæ Princeps, D. Georgius, nuptias cum Illustriss. principe, Serenissimi Electoris Saxoniæ Filia, D. Sophia Heleonora felici auspicio contracturus desponsationi præstituit terminum sub finem mensis huius, Torgæ celebrandæ. Hinc Seren. Sax. Elector primarios Equestris ordinis viros Torgam conuocat, & vt sumptuosissime inauratis equorum phaleris, paludamentis holosericis auro prætextis galeris flauï coloris cristis exornatis, eiusdemque coloris insignibus, gladiis, & calcaribus auratis, ministri vero eorum vestibis eiusdem coloris prætextatis compareant, edicit.

Appropinquante ergo nuptiarum termino,

mino, 20. Martij Sereniss. Saxoniae Ele- Anno
 ctor, tercentum equitibus comitatus, vna 1627.
 cum Illustriss. Coniuge, filiis quatuor, &
 filiabus duabus celsissimi ingenii principi-
 bus Torgam appulit, quem subsecuti ter-
 centum milites conscripti, qui vna cum tormen-
 tis bellicis munitionibus nouiter tutandis;
 impositi, edicta interim aliquot promul-
 gata, quorum ad tenorem cuncta nuptia-
 rum tempore administrarentur, & neces-
 saria quaeque adornata, tormenta etiam æ-
 nea Lipsia Torgam adducta fuere.

Vigesimo quarto mensis eiusd. Illustris,
 Hassiae Princeps, D. Georgius, Sponsus,
 Lipsiam ingressus, aulico comitatu ob lu-
 ctuosissimum Celsissimi Principis, D. Lu-
 douici Hassiae Landgrauii, fel. record. He-
 rois nunquam satis laudandi, Pacifici, &
 Patriae Patris, obitum, atrato. Primo igitur
 ingressi 32. Nobiles, habitu atrato, è qui-
 bus 6. priores nigro & flauo coloris vestitu
 ornati, 26. atro, hos sequuti tubicines 12,
 post quos Illustriss. ipse D. Landgravius
 Sponsus, cisio vectus, & quatuor ministris
 à pedibus Saxonice Saxonico more vesti-
 tis, vt & aliis septem nigro vestitu ornatis
 comitatus, hinc cisia alia septem, cum 20.
 nobilibus pueris, & equitibus 70. agmen
 claudebant plaustra oneraria duodecim,

B 5 Paulo

Anno Paulo post Illustriss. Principes Saxonici, 1627. Coburgicus, & Isenacensis, cum 56. equitibus, & tubicinibus 10. cisis vndecim, & 67. nobilibus comitati urbem sunt ingressi.

Subsequenti Sabbathi die, qui in tertium mensis Aprilis incidebat, Sereniss. Saxoniae Elector Principem illustriss. Sponsum, urbem ingredientem magnificentissimo comitatu mille Equitum sumptuosissime exornatorum excipit, inter quos fuere Principes Celsissimi, Ioannes Casimirus, Coburgicus, Ioannes Ernestus, Isenacensis, Saxoniae Duces, Christianus Marchio Brandenburgicus, Culmbacensis, Philippus Hassiae Landgravius, Principum aliquot Legati magnifici, Comites, Barones, Copiarum militarium Duces, & magno numero Viri Nobilissimi, ordinis Equestris insignes Dynastæ, agmen ducebant. Post hæc Dominica die, in maiori palatio, horis pomeridianis ab Reuer. admodum & Clarissimo Theologo D. D. Hoe, oratione habita, Noui Sponsi matrimonio iuncti, in thorum genialem sumptuosissime exornatum deducti, ab Electoralis interim secretioris Consilij Præsede D. à Schönberg, elegantissima oratio habita, cui Cancellarius Hassiacus D. Wolffius, Iurium

Iurium Doctor, pari comitate luculentissi- Anno
ma oratione respondit, commodum inte- 1627.
rim Musicis instrumentis resonantibus,
multitudine copiosa adstante. Interfuere
festiuitati huic illustrissimæ ultra viginti,
magnifico Principum è stirpe prodeuntes,
vtriusque sexus, personæ, in primis vero In-
uictissimi Cæsaris, Diui Ferdinandi, Domi-
ni nostri Clementissimi Legatus magnifi-
centissimus, Illustrissimus Princeps Ioan-
nes Philippus, Saxonix Dux Altenburgi-
cus. Subsequenti Lunæ die concione nu-
ptiali habita, Nouis Sponsis illustrissimis,
in genua procumbentibus, benedictione
diuina impertita, Legati Cæsareæ Maiest.
Seren. Electorum, & Principum Illustriss.
dona magnificentissima obtulerunt, gratiæ
huic ab Hassiaco Cancellario actæ.

Durante hac festiuitate nuptiali conui-
uia læta sumptuosissime celebrata, & 7. hu-
ius mensis vrsorum venatio instituta, in
qua vrsi primum cum tauris commissi fue-
re, vt eo alacriores & fortiores redderen-
tur, tauris vero superatis, venatores duo
cancellis ferreis inclusi vrsos summopere
irritauere, tandem canibus immixtis capti
vrsi prædæ venatoribus cessere.

Lupi quin etiam nonnulli 9. eiusdem in
arce à canibus exagitati, tandem suspensi
fuere.

Hinc

Anno 1627. Hinc secunda vrsorum venatio in arce instituta, quæ durante vrsus venatori cui-dam pileum è capite abstulit, homine illæ-so: quæ omnia Seren. Electore Saxon. & præsentibus Principibus Illustriss. è fenestris prospectantibus, magna cum lætitia peracta fuere, inprimis vero cum vrsi in dolia in area collocata insiluiissent, [canibus frustra magno clamore & vlulatu perstreptentibus,] quos sagittis emissis dolijs exilire, Principes coegere, tandem vero cursu & labore defatigatos confecerunt.

Vndecimo eiusdem mensis Seren. Saxonix Elect. Illustr. Hassiæ Princeps, Sponsus, Marchio Barutensis, alijque Dynastæ Illustres equestres ludos, hastiludia & decursus instituere, & feliciter peregerunt. Quos ludos ignes artificiosi in medio munitionum nouiter erectarum, circa noctis mediū incēsi, secuti, magno boatu interim tympanis & tubis resonantibus, vltra horas quatuor fragore maximo conflagrauerunt, machina qua continebantur ad formam S. Rom. Imperij conformata, in summitate Aquilam, & coronam Imperialem ostentabat, cum affixis Seren. Electorum insigniis. Tandem S. Georgius Eques è medio machinæ prodire visus, & cum
Dra-

Dracone pugna congressus, gladio eum Anno
 contingens ignes artificiosos in corpore 1627.
 latentes incendit, quæ magna eruptione &
 boatu vndiq; resonantes omnia incendio
 complere videbantur: hinc quadraginta
 mortaria bellica, ab utroque latere incen-
 sa, è quorum vno ex duabus catenis
 pendulo, dolij instar 380. librarum glo-
 bus prodire visus, maximum in aere fra-
 gorem edidere, feliciter vero omnia, abs-
 que vlllo detrimento peracta. Globi etiam
 ardentes quindecim in Albim flu. proie-
 cti, & tormenta bellica nouem displosa
 sunt.

Nuptiis tandem felicissimis auspiciis
 peractis, Decimo septimo mensis Apr. sub
 horam tertiam vespertinam, Seren. Saxo-
 niæ Elector, vna cum Illustriss. Principi-
 bus D. Georgio, & D. Philippo Hassiæ
 Landgrauis, coniuge item amantissima,
 D. Noua nupta, & filiabus duabus, celsis-
 simæ prosapiæ principibus, Lipsiam in-
 gressus est, Agmen vero primi ducebant,
 saltuarij, quos sequebantur Equites Hassi-
 aci, Saxonici, post eos tubicines duodecim
 Hassiaci, pone illos, vtriusque gentis Sa-
 xonica & Hassiæ viri Equestris ordinis
 magnifici, & supremi saltuariorum præfe-
 cti: Post illos vero tubicines duodecim
 Saxo-

Anno Saxonici, cū æneatore : tandē subsequitur
 1627. Serenissimus Saxonix Elector, cuius dex-
 trum latus Illust. Hassix Princeps D. Ge-
 orgius, sinistrū vero claudebat Illustr. Phi-
 lippus Landgravius. Quos sequebantur
 Consiliarij Saxonici, & Hassiaci, Equites
 Saxonici, hinc Illustrissima noua nupta,
 cum sorore & matre Illustriss. in curru de-
 aurato, exquisitissimo sumptu adornato,
 in cuius frontispicio insignia Electoralia
 Saxonica, in summitate Cupido amorum
 Deus veteribus creditus, arcu & sagittis in-
 auratis armatus, & Aquila deaurata, in
 summitate vero currus cor aureum sagitta
 trāsfixum, in postico Cupidinis imago au-
 rea sagittam in currus partem anteriorem
 dirigens, totum vero pilentum pretiosissi-
 mis holosericis auro intertextis tegumen-
 tis adornatum erat : pari ornatu etiam
 equi, & Rhedarij, & ministri à pedi-
 bus vestibus holosericis ornati : currum
 hunc sequebatur alius holosericis regu-
 mentis instratus, vna cum aliis curribus
 & equitibus quampluribus.

Post hæc Illustriss. & Celsiss. Princeps,
 D. Georgius, Hassix Landgravius, nuptiis
 hisce felicissimis auspiciis transactis, cum
 noua nupta Illustriss. Principe Sophia E-
 leonora, Saxonix Ducissa, & Hassix Land-
 grauia,

grauia, patriam ditionem repetens, iter Anno
Darmstadium versus ingressus est. 1627.

Viennæ Austriæ interea octauo huius *Processio*
mensis April. processio solennis instituta, *Vienna in-*
& deuote peracta est, cui etiam S. Cæs. *stituta.*
Maiest. Dominus noster Clementissimus,
vna cum Sereniss. Imperatrice, & Regia
Maiest. Rege Vngariæ, & aulicis interfuit,
Reuerendiss. vero Cardinalis à Dietrich-
stein, in æde S. Stephano sacra concione
habita iubilæum, & Indulgentias nomine
Sanctissimi D. Papæ annūtiauit, omnibus
qui per dies octodecim quatuor primaria
templa visitaturi, & orationem Domini-
cam cum Salutatione Angelica toties
repetita recitaturi sint. Præter hæc nouus
etiam ordo de S. Paulo Viennæ introdu-
ctus, cuius fratres ædem sacram ædificari
curarunt. Hoc etiam tempore Illustr. D.
Colaldo torque aurei velleris, primarii e-
questris ordinis insigni donatus est.

Ineunte hoc mense Daniæ Rex grauis- *Regis Daniæ*
simo edicto subsequenti tenore omnibus *edictum.*
sua signa sequentibus Ducibus & copiis
militaribus inhibuit, ne vlllo modo instan-
ti messi peregrinantibus & mercatoribus
damnum inferre præsumerent.

P. P. Omnibus & singulis manifestum
esse, victoriam contra aduersarios sacro-
sancti

Anno sancti Euangelii, haut raro, decenti fertia-
 1627. to ordine, opera perpaucorum à Deo te-
 Opt. Max. concedi: ordinem vero illum
 absque disciplina militari conseruari non
 posse, magnamque partem in eo consiste-
 re, vt agrorum cultus, & frumentorum col-
 lectio, quæque ab ea dependent, ab omni
 inuadentium libidine defendantur, con-
 seruentur, frumenta que collecta debito
 modo distribuantur, proindeque omnes
 huiusmodi agrorum & peregrinantium
 deprædatores diuinæ iræ iustissimam in-
 dignationem incurrere, pœnamque & af-
 flictionem promereri, nullum vero ab eo-
 rum auxilio sperandum auxilium. Itinera
 etiam minus tuta ob huiusmodi depræda-
 tiones reddi, & negotiationum, commer-
 ciorumque vsu mutuum tolli.

Iis igitur omnibus maturrime confide-
 ratis, vt quantum per Dei gratiam fieri po-
 terit, condignum remedium afferatur, de-
 bitaque protectio & defensio iis, quibus
 ea opus fuerit, præstetur, militarisque non-
 nullorum malitiosa deprædandi libido re-
 tundatur, Mandare sese, omnibus & sin-
 gulis exercitus sui Ducibus, in suis, confe-
 deratorumque ditionibus, oppidis & villis
 cômorantibus, vel in futurum commora-
 turis, sub pœna regie indignationis, & pro
 delictis

delictiratione amissionis omnium bono- Anno
 rum, & ipsius vitæ, vt non solum ipsi à tali- 1627.
 bus oppressionibus & afflictionibus colo-
 norum & peregrinantium abstineant, sed
 etiam mandatum hocce suum omnibus
 sub sua potestate constitutis notum faci-
 ant, & sub prædictæ pœnæ comminatione
 eo adigant, quo omnes colonos in colle-
 ctione frumentorum, rusticisque operibus
 pertractandis, omnes etiam peregrinan-
 tes, defendant, tueantur, nullo vero modo
 eos deprædentur, vllam ve molestiam ijs
 inferant. Præter hæc vero in deducendo
 & præstando commeatu, omnem operam
 præstent, quo præfata omnia incommoda,
 deprædationes, & molestiæ euitentur, tol-
 lantur, contrauenientes vero hisce man-
 datis, debita refusis damnis afficiantur pœ-
 na. Quod si vero hisce mandatis suis con-
 trauentum fuerit, in eos sese grauius ani-
 maduersurum, &c. Dat. Stadæ 8. April.
 1627.

Eodem ferme tempore ad Illustriss. &
 Celsissim, Principem D. Fridericum Ulri-
 cum, Ducem Brunsvicensem &c. Literas
 huiusmodi perscripsit.

P.P. Cognouisse sese omnia ea, quæ Se- *Dania Re-*
 cretarius suus, vigore instructionis sibi *gislitera ad*
 commissæ, in negotio deductionis præsi- *Ducem*
Brunsvi-
 dia-

C

Anno diatorum ex arce Guelphorum, postula-
 1627. uerit. Quamuis vero enixe ceteris paribus
 morem gerere petitioni cupiat, illi tamen
 hoc tempore satisfacere nō posse, cum in-
 primis de pace tractatione instituta, inter-
 cedente etiam Sereniss. Saxonix Electo-
 re, spes illius recuperandæ affulgeat, casu
 vero quo præsidia illa deducantur, rebus
 sic stantibus, remoram tractationi illi
 haud leuem iniici, & omnium ludibrio
 exponi. Petere igitur, grauate ne ferat,
 moram eo vsque deductioni illi præsidia-
 riorum interponi, donec de exitu pacifi-
 cationis institutæ certo constare possit.
 Dab. Stadæ 6. April. 1627.

Literis hisce perscriptis, addidit: Velle
 sese ad ostendendam paterni & beneuoli
 animi sui erga Ducem affectionem, ea
 omnia, quæ salua ratione publici com-
 modi præstare possit, prompte concedere,
 Ducique arcem Guelphorum restitutu-
 rum, si modo Cæsarei exercitus Genera-
 lis Comes Tillius cautionem idoneam
 præstiterit, sese loca illa, quæ ad sustentan-
 dos aulicos sumptus vt Schoningham, &c.
 attributa fuere, libere relicturum, nullam-
 que iniuriam ijs illaturum, Dux etiam
 præter ministros, à se nominandos, alios
 nullos secum introducere voluerit.

Illu-

Illustrissim. interea Friedlandiæ Dux Anno
 validissimas copias ad retundendum Vi- 1627.
 nariensium impetum, in Silesia grassan- *Res in Sile-*
 tium, contraxerat, quæ hoc tempore ex *sia gesta.*
 diuersis locis confluebant, pariter etiam
 nouæ copiæ sub imperio Illustriss. Mar-
 chionis Brandenburgensis Culmbacen-
 sis, & Generosi Dom. Cratzj, congre-
 gabantur, Vinarienses interim in obsi-
 dione oppidi Ratisboriensis moram tra-
 hebant, Comes vero à Schlick liberta-
 tirestituutus, Cæsareis copiis sese rursus
 adiunxit.

Cum vero Vinarienses etiam Oppa-
 lio deditionem per tubicinem imperas-
 sent, præsidium auctum, & statiuam ma-
 gna vigilantia habita, quæ maiori stu-
 dio peracta, eo quod Vinarienses intra
 secundum ab vrbe lapidem appulis-
 sent.

Quin etiam arcem Thuestanam, Il-
 lustriss. D. Baronis à Rödern, occupa-
 runt, & præsidio firmarunt, Magnam et-
 iam Strölitz pariter deditione in potesta-
 tem rede gere, equitatu statione deserente.
 Plures interim à signis fuga indies dila-
 bi, & de pace ordinum præfectos aliquos
 tractationem cum Cæsareanis instituisse,
 fama fert.

Anno

1627.

*Commeatus Nyen-
burgum in-
troductus.**Res inter
Polonos &
Suecos gesta**Hammer-
steinium à
Polonis ca-
ptum.*

Hæc in Silesia gesta: In Brunsvicensi in-
terea Ducatu Præsidarij Nienburgenses
crebris eruptionibus tentatis, vt & 8. A-
pril. eruptione facta, currus quadringen-
tos commeatu instructos, intercepere, vr-
bemque fortissimis munitionibus instru-
xerunt.

Regni Suecici Ordines hoc tempore
comitiis institutis magna subsidia contra
Polonos decreuere, vt decimatione nem-
pe habita exercitus 40000. præter exter-
na Germanorum aliarumque nationum
auxilia contrahatur, sumptusque necessa-
rij ab ordinibus conferantur.

Poloni vero oppidum Putzke iterato
oppugnare aggressi, deditioe 11. April.
commeatu deficiente ab præsidariis ca-
piunt, crebrisque velitationibus inter v-
trosq; commissis Christburgi nouem Po-
lonorum signa à Suecis cæsa & occisione
fere deleta sunt.

Poloni vero quarto April. Hammer-
steinium urbem tribus agminibus oppu-
gnare conati virtute præsidariorum amif-
sis 300. è suis, post obstinatã sex horarum
pugnam repulsi: Cum vero postridie no-
uæ in castra copiæ aduenissent, redintegra-
ta 18. tormentis maioribus oppugnatione,
cum commeatus in vrbe defecisset, metu-
entes

entes præfidiarij ne vrbs incendio deua- Anno
staretur, urbem Polonis dedere: iuramen- 1627.
to, ne contra Polonos militarent, ada-
cti.

Rebus in Italia & Grisonibus transa- *Rex in Ita-*
ctis, copiæ Pontificiæ è ducatu Mediola- *lia gesta.*
nensi deductæ, & copiæ Mansfeldicæ in
Germaniam, vt & tormenta & commea-
tus abducta.

Naues interim tres magni præcij merci-
bus onustæ, Hispaniam tendentes, à piratis
interceptæ.

Torquada vero copiarum Pontificia-
rum dux vna cum Equite Aldobrandino,
& Cauarello, duabus cataphractorum e-
quitum turmis comitati, in Germaniam
sub auspicijs Diui Ferdinandi Imp. mili-
taturi, abiere.

Verum cum nihilominus Sabaudia
Dux copias militares numerosissimas con-
gregasset, idque à Marchione de S. Croce
Gubernatori Regni Neapolitani signifi-
catum esset, omnibus copiarum præfectis
vt intra diem sextum cum turmis suis in
armamentario Neapolitano sese sisterent,
Genuam traducendi, Gubernator seue-
rissime edixit, reuocatæ etiam Galliones
Palermum transmissæ, vt in iis 6000. mili-
tum Genuam traducerentur.

Anno 1627. **Ad** retundendum furentis Martis im-
Comitia ab petum, qui Marchiæ Brandenburgicæ &
Ordinibus Ducatui Borussię imminere videbatur,
Borussia ha- comitia hoc tempore ab ordinibus eius-
bita. dem Prouinciæ habita, & vigore propo-
 sitionis nomine Seren. Electoris Branden-
 burgici editæ, decretum. 1. In obedientia
 erga Seren. Poloniæ Regem, & Electorem
 Brandenburgicum permansuros sese con-
 stanter. 2. Sumptuum & militarium co-
 piarum ad bellum hoc necessariarum sup-
 putationem institutam, 3. decem nempe
 millia ad oppugnationem vrbs Pilouix,
 & 10. millia pro defensione prouinciæ, &
 impetu Suecorum retundendo: 4. ad ea-
 que alenda, munitio- num, tormentorum
 & eo spectantium sumptuum refusio-
 nem, in menses nouem sexaginta tonnas
 auri, vt vocant, requiri. 5. Rogare tamen
 ordines, num bellici hi motus interposi-
 tione extraneorum Principum tolli pos-
 sint, eamque in rem Sereniss. Elector, o-
 peram dandam.

6. Sin minus, ad hosce motus compe-
 scendos, omnia sua impensuros, 7. Disci-
 plina modo militaris vt accuratior insti-
 tuatur, rogare sese, quo agrorum fructus
 colligi, & diuendi commode possint.

Sueci interim copiæ, quæ ad 16000. pe-
 ditum

ditum & 3000. equitum adscendebant, Anno
 Borussiam versus, reliqui vero in Episco- 1627.
 patum Caminensem iter instituere, quos
 Poloni variis in locis intercipere conati
 sunt.

Daniæ interim Rex copias suas, quæ *Dania Rex*
 13000. equitum, 24000. peditum nu- *copias edu-*
 merum æquabant, eductas, diuersis *cit.*
 in locis in stationibus collocat, & in
 episcopatus Bremensis, diuersis locis di-
 stribuit, nonnullos etiam viginti nauibus
 in Insulam Stilhorn, prope arcem Harbur-
 gensem, in Albi sitam, auctos in præsijs
 locat. Munitionem vero fortissimam, &
 omnibus absolutissimam numeris in ora
 Vesaræ, duobus miliaribus supra Bremam
 urbem, & pagum Arhemium, exstrui, tor-
 mentisque com meatu, & omnibus ad de-
 fensionem & propugnationem necessariis
 instrui curauit.

Interea vero Illustriss. Dux Georgius *Plaga ad*
 Luneburgicus cum copiis suis 21. Apr. Al- *Hauelum*
 bim transgressus, Plagam magni momen- *occupata.*
 ti transitum cùs Hauelum miliari Brande-
 burgo distantem, in potestatem redegit, &
 præsijs partim cæsis, partim captiuis
 abductis, vrbe deprædata, optima præda
 potitus est.

Hæc in Germania : In Gallia itidem

C 4

Bello-

Anno Bellona turbare res aggressa est, discordia
 1627. inter potentissimos duos Angliæ & Fran-
Res in Gal- ciæ Reges excitata, cuius tollendæ reme-
liis gesta. dium læpius, sed t̄uitra tentatum. Galliæ
 igitur Rex ad conscribendum & alendum
 militem edicta nonnulla in Parlamento
 Parisiensi, conscribi mandavit, quibus cer-
 tæ pecuniarum summae & contributiones
 subditis imperabantur, verum interceden-
 te Parlamenti senata, in hunc usque diem
 suppressa latuere.

Res in Bel-
gio gesta.

Nec in Belgio quies: Ordines enim
 confederatarum prouinciarum omnia ad
 bellum offensiuum & expeditionem ne-
 cessaria, summa opera & studio apparabāt,
 quamuis Illustriss. Spinola summa etiam
 vigilantia conatibus eorum obuiam itu-
 rus, necessaria quæque præparari cura-
 ret.

Bataui interim lacum quendam prope
 Montes ad Zomam perfodientes, regio-
 nem inundauere. Urbem etiam Graue
 quatuor nouis propugnaculis excitatis,
 muniuere, & abundantissimo comeatu
 instruxere, præsidioq; 2000. militū firma-
 vere: Munitionem etiam realem vt vo-
 cant, ad urbem Nimmeganam erexere,
 cum fama percrebuisset, diuersis in locis
 bellica instrumenta, aliaque ad expedi-
 tionem

tionem militarem necessaria præpara- Anno
ri. 1627.

Galliæ interim Rex federicum parente
initose satisfacturum & de nouo illud con-
firmaturum confederatarum prouincia-
cum Ordinibus, & Principi Auroico signi-
ficauit: Daniæ etiam Regi 150. aureorum
millia transmisit, de æquali summa proxi-
mo subsequutura, spe facta. Copiæ etiam
auxiliares Amstelrodamum appulere, ad
eundem Regem transgressuri: prout ab
Hibernis quoque 4000. factum.

Duodecimo interea April. naues de-
cem portu Mardiquensi, eo ordine & mo-
do egressæ fuere, acie ita disposita, vt licet
Batauorum naues magno numero & vi
portum insedissent, nihilominus damnū
nullum fuerint passæ, tres etiam naues Ba-
tauas Angliam Amstelrodamo petentes,
deuictas, secum in Hispaniam abduxe-
runt.

Hoc etiam mense April. nauis David
minor, viginti quatuor tormentis æneis
instructa, vna cum alia quædam, nouem
naues Turcicas aggredi ausa, apud insu-
las Græcas magna vi impetu & audacia vl-
tra horas 24. oppugnauit, verum igne ex
incuria in puluerem tormentarium conie-
cto, vna cum omnibus propugnatoribus

*Naues Tur-
cica oppu-
gnata.*

C

s

& nau-

Anno & nautis disiecta, & combusta est, altera
1627. naue in Candia portum salua euadente.
Turcis vero 130. inter quos aliquot et-
iam magni nominis fuere, trucidatis.

*Navis Dun-
kerkana, ut
& Batavae
duae captae.*

Eodem fere tempore Quæstius ordi-
num militarium Ductor, nauem quan-
dam Dunkerkanam aggressus, magna au-
dacia oppugnauit, & Enchusiam, militi-
bus trucidatis traduxit. Paulo vero post
naues duæ Dunkerkanæ iure talionis na-
ues duas Batavas negotiatorias Angliam
petentes, maxima pecuniarum summa in-
structas, fortiter aggressæ, in potestatem
redegere.

*Incendium
Vienna ex-
ortum.*

Hæc Bellonætela: Non minus interim
etiam Vulcanus immane furit: dum Vien-
niæ Austriae metropoli grauissimum in-
cendium, 21. April. sub ipsam fere meri-
diem, exortum, vento intempestiuus in-
cumbente, domus 160. igne correptæ,
maximam partem omnino deletæ fue-
runt; Inter quas incendio periere mona-
sterium prope S. Iacobi ædes, & domus
Creutzerhoff dicta, totaliter incendio pe-
riit. Initium sumpsit incendium hoc in
platea Riemerstrassen dicta, in funarii do-
mo, plateamque illam ex vtraque parte
ad portam vsque Stubenthor appellatam,
& te-

& tectum domus, in qua *Posta Imperialis* Anno
 constituta, depascens, ut & plateam Scho- 1627.
 larem, domus etiam aliquot ad aedes San-
 Stephani, partem posteriorem Curiae Epi-
 scopalis, nonnullasque alias integras pla-
 teas depopulatus, horrendum in mo-
 dum est grassatus.

Descripsimus superiore libro seditio- *Deprecatio*
 nem gravissimam ab Rusticis Austriacis *rusticorum*
 excitatam, & singulari Dei Opt. Max. au- *Austriaco-*
 xilio grauius à Sac. Cæsar. Maiest. Domi- *rum erga S.*
 no nostro Clementissimo oppressam, *Cæs. Maiest.*
 executionemque iudicalem erga prima- *facta.*
 rios quosdam illius authores. Cum vero
 Sacræ Cæsar. Maiest. ex innata animi cle-
 mentia Rebelles hosce rusticos vita cle-
 mentissime & venia donasset, territorij
 Hausruk dicti incolæ rustici gravissima
 peccata, & malitiam suam agnoscentes,
 tali deprecatione & confessione apud
 Sac. Cæs. Maiest. Domini nostri Clemen-
 tissimi, & Sereniss. Electoris Bauari, Con-
 siliarios Deputatos vsi, veniam admissio-
 rum, rebellionisque ac seditiois excitatæ
 postularunt.

Coram vobis Inuictissimi & Potentissi-
 mi Imperatoris, Diui Ferdinandi, sem-
 per Augusti, Germaniæ, Hungariæ
 ac Bo-

Anno ac Bohemiæ Regis, Archiducis Austriae,
 1627. Ducis Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ,
 Wurtembergiæ, & Vtriusque Silesiæ, Mar-
 chionis Moraviæ, Superioris, ac Inferioris
 Lusatiae, Comitum Tirolensium & Gorcen-
 sis, &c. Domini nostri clementissimi, &
 Ducis nostri Hæreditarij, Commissariis
 magnificis, Reuerendo admodum in
 Christo Patre, Nobili & Clarissimo Do-
 mino, Illustri etiam & Generoso Domino,
 Domino Anthonio Abbate Crembsmo-
 nasteriensi, S. Theol. Doctore, Sac. Cæs.
 Maiest. Consiliario Secretiori, Aulici
 Consistorii Præsidi, Domino Georgio
 Teuffel, Barone in Gunderstorff, in Eck-
 artsavv, & Eslinga, S. Cæs. Mai. Consilia-
 rio, & Vice Governatore Archiducatus
 Austriaci Inferioris, Comparemus Nos
 infra scripti, subditi hæreditarij nostro, &
 omnium incolarum Quartæ districtus Au-
 striaci partis, nomine, & vice, con-
 fitemur animo tristi, & agnoscimus subie-
 ctissime, nos omnes & singulos, contra o-
 mnia iura, ecclesiastica, politica, & natura-
 lia, contra doctrinam & præcepta diuina,
 absque vlla legitima præcedente, vel à no-
 bis indicata, causa, contra S. Cæs. Maiest.
 Dominum nostrum Clementissimum, &
 Prouinciæ dominum hereditarium, & na-
 tura-

turalem, & Sereniss. Bauariæ Ducem, Ele- Anno
ctorem S. Imper. Rom. præfati Ducatus 1627.
Austriaci pro tempore hypothecariū, Do-
minum itidem nostrum Clementissimum,
arma cepisse, & seditionem tristissimam &
perniciosissimam excitasse: Spretis et-
iam & posthabitis fidissimis, & sanioribus
dehortationibus, ac mandatis auocatoriis
subditos S. Cæs. Maiest. fideliter adhæ-
rentes, vi & armis inuasisse, & ad socianda
arma minis & vi adegisse, vrbes Prouinciæ
occupasse, præfidiis firmasse, magistratus
ciuiles mutasse, deposuisse alios, alios de
nouo instituisse, oppida etiam quæ nostris
perniciosis consiliis, & conatibus acquie-
scere & adhærere noluerunt, in primis vero
Prouinciæ Metropolitinæ & arcem Lintzium
vna cum Sereniss. Bauariæ Ducis Electoris
Vices gerente, aliisque præfectis inibi
commorantibus, obsidione hostiliter cin-
xisse, tormentis & fame omniumque re-
rum penuria grauiter afflixisse, summa vi
oppugnasse, monasteria quin etiam, & do-
mos Parochiales, arcesque Romano Ca-
tholicorum occupasse, præfidia imposuis-
se, spoliasse, ædes sacras deprædatis, ima-
gines sacras deuastasse, sepulchra defun-
ctorum aperuisse, manus etiam nefarias
de mortuis intulisse; Præter hæc etiam iu-
risdi-

Anno 1627. iurisdictioni & Regalibus Prouinciæ supremae Domino, competentibus vim nefariam intulisse, Danubii ripas cathenis ferreis coniunxisse, commercia disturbasse, eorumque usum liberum impediuisse, Sacrae Cæsar. Maiest. bona propria Camerae Cæsareæ adscripta, & Sereniss. Bauariæ Electori hypothecata inuolasse nefarie, Equos vectigales, & Congregationem personalem viritim instituendam, tam ecclesiasticorum, quam secularium, magistratus nostri immediati, vi, armis, minisque imperasse, nonnulla etiam loca incendiis miserrime deuastasse, innocentes quamplurimos, vtriusque sexus, ecclesiastici imprimis ordinis personas crudelissime trucidasse, carceribus tradidisse, quin ipsos etiam Sacrae Cæsar. Maiest. Deputatos, ad nos ablegatos Commissarios, ignominiosissime habuisse, clementiamque Cæsaream nobis vltro benignissime oblatam, reiecisse, iisque contra omnium gentium, imo & gentilium iura, & contra fidei à nobis promissæ præstationem manus nefarias intulisse, arrestis supposuisse, diu noctuque custodiuisse, iniuriis verbalibus grauissimis affecisse, & vitæ necisque periculum ijs comminatos

natos esse. Præter hæc etiam cum Sacræ Anno
Cæsar. Maiest. hostibus, interque nos i- 1627.
plos sacramento dicto confederationes
perniciosissimas iniisse, exercituique Cæ-
sareo in prouinciam ablegato, spretis
sæpius repetitis clementissimis exhorta-
tionibus, summa vi restitisse, milites non-
nullos captiuos quamuis ex nostris etiam
quamplurimi captiui tenerentur, non
quidem ipso captiuitatis momento, sed
longo post tempore, in foro oppidi
Wels, crudelissime trucidatos, in proflu-
entem omnes abiecisse. Neque hisce
contentos, quamuis cum ceteris Austriae
Archiducatus Incolis plerique ex nostris
per deputatos nostros legitimatos coram
Sacræ Cæsar. Maiestat. Domini nostri
Clementissimi Legatis in genua procum-
bentes Cæsareis mandatis obedientiam
nos præstituros, fidem fecissemus, nihilo-
minus tamen iis omnibus spretis, & post-
habita fide à nobis data, hostiliter & per-
fide contra Sacræ Cæsar. Maiest. & Baua-
riæ Electoris Dominorum nostrorum cle-
mentissimorū exercitum, hostilia omnia
tentasse, exhortationes vero paternas, ob-
lationem clementiæ Cæsareæ & pacifica-
tionis petulanter & nefarie reiecisse, in
eaque

Anno 1627. eaque infania, & furore perstitisse, quou-
 que iure merito Sac. Cæs. M. & Ser. Baua-
 riæ Elector, vi & armis sub potestatem &
 obedientiam debitam, nos reduxissent.
 Et vt paucis rerum summam complectamur,
 talia, tanta, tamq; innumera, horrenda
 scelera, facta, hostilitates, nos perpetrasse,
 fatemur, quibus non solum patriam nostram
 dilectissimam, in extremam calamitatem
 præcipitauimus, sed etiam ipsam diuinam,
 & summam in terris maiestatem adeo
 offendimus, vt præter summi Numinis
 iram, Diui etiam Imperatoris Domini
 nostri hereditarii, & Prouinciæ Principis,
 & Seren. Bauariæ Electoris, hypothecarii
 Archiducatus Austriæ, Dominorum
 nostrorum Clementissimorum, seueram
 indignationem, honorum, ipsiusque vitæ
 priuationem promeriti simus, possitque
 Sac. Cæsar. Maiest. nos vtpote hereditarios
 subditos perfidos, ferro & flamma persequi,
 & vna cum coniugibus & liberis in
 exilium amandare.

Verum de innata animi clementia, &
 benignitate S. Cæs. Maiest. Domini nostri
 & Principis hereditarii clementissimi:
 confisi, nos omnes & singulos ad pedes
 S. illius Maiest. humilime prouoluti, imman-
 tia & perniciosissima nostra scelera, fa-
 ctiones,

etiones, & rebellionem, quibus Deum ter Anno
 Opt. Max. Sac. Cæs. Maiest. Dominum 1627.
 nostrum legitimum, hereditarium, & sum-
 mum totius orbis dominum, Seren. iti-
 dem Electorem Bauariæ, hypothecarium
 detentatorem dicti Archiducatus Austria-
 ci, dominos nostros clementissimos, gra-
 uiter offendimus, confitemur, & tam no-
 stro nomine, quam omnium incolarum &
 communitatum totius districtus Austriaci
 Quartæ partis *Hausbrückviertheil* dictæ,
 ad pedes S. Cæs. Maiest. & Seren. Bauariæ
 Electoris humilime prostrati, obnixæ, &
 propter diuinam misericordiam obsecra-
 mus, & obtestamur, vt nos hereditarios
 suos subditos clementissime respiciat,
 commissa à nobis flagitia & rebellionem
 condonet, nosque omnes & singulos, vna
 cum vxoribus & liberis in Cæsar. suam &
 principalem protectionem recipiat, &
 conseruet, quæ beneficia summa, nos vna
 cum omnibus nostris & posteris ardenti-
 bus votis erga Deum indefesse promereri,
 & Cæs. Maiest. totique illustriss. Domui
 Austriacæ, & Ser. Electori Bauariæ omnia
 subiectionis & obedientiæ officia præsti-
 turos promittimus.

Præter hæc etiam nomine & vice præ-
 dictorum incolarum Quartæ partis Distri-
 ctus

D

ctus

Anno etus Austriaci Ducatus, *Hausbrück vtertheil*
 1627. dictæ, coram vobis Illustr. & Magnificis
 D. Commissarijs Cæsareis in genua pro-
 cumbentes, ore, manuq;, corã vniuersi or-
 bis habitatoribus, loco iuramenti corpora-
 liter præstandi, promittimus & stipulamur
 & per literas hæc Reuersales, sigillo no-
 stro, & manu propria corroboratas, & sub-
 scriptas, subiectissime à nobis traditas, &
 tenore illarum sub obligatione obedien-
 tiæ & iuramenti debiti, amissione etiam o-
 mnium honorum, facultatum, & ipsius vi-
 tæ, attestamur & nosmetipso obligamus,
 omnia & singula, quæ ab hisce legitimatis
 deputatis nostris vice ac nomine omnium
 nostrum, & communitatum nostra-
 rum, loco iuramenti ore & scriptis, co-
 ram Illustr. & Magn. dominis Cæs. Com-
 missarijs gesta fuerint, in omnibus & sin-
 gulis clausulis rata habituros, ijs promptis-
 simam obedientiam præstituros, arma et-
 iam nostra, quæcumque in potestate no-
 stra adhuc habemus, vel abscondimus, vt
 & tormenta & apparatus bellicos, ad cer-
 ta constituta loca absque omni mora de-
 portaturos, coitiones & congregationes
 omnes suspectas vitaturos, seditionis et-
 iam authores & duces primarios, quan-
 tum in nobis fuerit, tradituros, omnibus
 etiam

etiam quorum vel famam læsimus, vel Anno
 quos deprædationibus, incendiis aliisque 1627.
 modis iniuria affecimus, ex æquo bono
 satisfacturos, in omnibus vero reliquis
 Cæs. M. Domini nostri clementissimi arbi-
 trio nos permissuros, neque vlllo modo se-
 ditiosis eiusmodi coitionibus & factioni-
 bus, in posterum vnquam consilio, ope ve
 communicaturos; sed in omnibus & sin-
 gulis exhibituros nos subditos fideles, &
 pacificos, prout vigore obedientiæ, qua
 Cæsar. Maiest. Domino nostro & Principi
 hereditario naturali, ac Ser. Electori Baua-
 riæ hypothecario, Cels. que ipsius Præfe-
 ctis constitutis obligati sumus. In præ-
 missorum vero fidem, & testimonium, li-
 teras hasce Reuersales, vice & nomine præ-
 dictorum Incolarum & Communitatum
 Quartæ partis districtus Austriaci, supra A-
 nilum, propriæ manus subscriptione, & si-
 gillis confirmauimus, & D. Commissariis
 Cæsareis eas submissa tradidimus. Lintzij
 30. Apr. 1627.

Mars interea in oris Saxonis grassatur: Brandebur-
 Copiæ enim Cæsareæ, quæ antehac pontē gum una cū
 Dessauensem transierant, diuersa oppida aliis quibus-
 Marchionatus Brandenburgici, quin à Casarea-
 plam urbem Brandenburgum in potesta- nis occupa-
 tem rede gere, & præsidio firmauerunt, tur.

Anno hinc Ratenauiam, Perlebergam, & finiti-
 1627. ma loca occuparunt, & Huelbergam pe-
 tiere, urbemque vna cum munitionibus
 fortissimis occupauere, Dani vero in ædē
 maiorem, extra urbem in monte sitam, re-
 cedentes, summa vi, & creberrimis tor-
 mentorum ictibus eos infestauere.

Auxiliares interim Angli, mille quin-
 genti in castra Danica aduenere, quos alij
 ex Galliis sunt subsecuturi. Daniæ vero
 Rex prope Vesaram fluuium castra meta-
 tus, fortissimas munitiones & propugna-
 cula cis & intra Vesaram extruxit, naues-
 que armatas octo, in confluentibus Vesa-
 ræ & Albis, ad impediendum transitum,
 & Philippum Reinhardum Comitem à
 Solms Gubernatorem arcis Guelphorum,
 constituit.

*Duynslaka
 ab Hollan-
 dis occupa-
 tur.*

Sub initium vero mensis Maij Confe-
 deratarum Belgii Prouinciarum Ordines
 urbem Duynslakam astu intercepere,
 præfidiariis trucidatis, equitum impedi-
 mentis distractis, paucis captis, & 220. e-
 quis abductis. Nauibus etiam aliquot ad-
 uerso Rheno subductis munitiones ad
 transitum, siue Fossam Rhenanam extru-
 ctas, aggressi, operarios aliquot captos ab-
 duxere, verum præfectis intercedentibus
 libertati restituerunt.

Vina

Vinarienses interim copiæ ditionem Anno
Goldstein ad Moraviæ confinia vt & op- 1627.
pidum Rosenbergam in potestatem re- *Res in Sil-*
degere *sia gesta.*

Rustici etiam Austriaci, rebellionis an- *Rustici ali-*
te hac contra Cæsarem excitatæ, antesigna- *quot Aus-*
ni, hoc tempore Lintzij capite truncati fu- *striaci com-*
ere, inter eos quartus ordine Wurm di- *demnati.*
ctus abscisso capite in frustra dissectus est,
caput turri impositum, corporis vero par-
tes quatuor in monte suspensæ. Spat rusti-
cus qui monasterium Schlegel diripuit &
Preuneri copias profligauit, capite trunca-
tus, flammis absumptus, duo vero furca su-
spensi sunt.

Interim ultra 70. carceribus huc vsque
detinentur, reliquis vero venia à S. Cæsar.
Maieft. clementissime data, si Romanam
Catholicam fidem amplexi fuerint.

Pragæ vero Bohemiæ metropoli refor- *Reformatio*
mationem institutã magistratus vrget, ijs- *Pragensis.*
que qui in minori Vrbe degunt, officinæ
clausæ, & commerciorum vsus interdi-
ctus.

Non minor Religionis & pietatis cura, *Commissa-*
(rara in milite virtus) etiam Danici exerci- *rii Genera-*
tus Generalis Commissarii animum hoc *lis Danici*
tempore tetigit; qui certas ieiuniorum, *litera.*
concionum & precum habendarum tem-

Anno 1627. pus leuere constituit: Omnibus scil. notum esse, inquit, felicem rerum omnium successum, & victoriam erga hostes ex solo Dei nutu prouenire, ab eoque vera pœnitentia & ardenti precatatione obtineri, eumque in finem in omnibus Reg. Maiest. regnis hereditariis, & prouinciis sub ipsius protectione constitutis certa ieiuniorum, precum & concionum habendarum tempora esse constituta.

Præter hæc etiam minime opus esse latiori enumeratione beneficiorum, & felicitis successus à Deo ter Opt. Max. ipsis præfenti in bello misericorditer concessi. Quibus omnibus mature consideratis, sese singulari zelo Christianæ pietatis commotum, vigore Generalis Commissionis sibi demandatæ, mandare præsentibus hisce, ut omnes & singuli copiarum Duces, præfecti, & ductores, in omnibus locis, villis, oppidis, & castris in quibus commorantur, singulis diebus hora decima antemeridiana in templo preces & orationes haberi, constituent, quoque ardentius & deuotius, eę concipiantur, singulis hebdomadibus ieiunia feria quarta celebrari curent: sicque summo mane omnes nemine excepto, nullo habito discrimine ætatis in templo sacris, & concioni de pœnitentia salu-

salubriter instituenda, precibusque sacris Anno
interfint, hora vero secunda pomeridiana 1627.
ad eandem sacram actionem rursus con-
ueniant, & sacra deuotione celebrent.
Quod ut commodius, & maiori cum de-
uotione fiat, omnes homines, & iumenta
ab labore potu etiam & cibo ad horam us-
que vespertinam, & preces concionesque
sacras finitas omnino abstineant, hospiti-
bus etiam & cenopolis vinum, cereuiliam
aliave potus genera venundare seuerè
prohibeatur, fiatque initium harum pre-
cum feria quarta, Dominicam Quasimo-
dogeniti dictam, subsequutura. Ad eam
festiuitatem igitur præfecti, & Duces mili-
tares, magistratus etiam politici ceteris ex-
emplo suo præeant, utque ordinationi
huic satisfiat, constitutionem hanc è sug-
gestu proclamari curent, quo ira diuini nu-
minis à nobis auertatur, & omnes actiones
nostræ in laudem & celebrationem ele-
mentiarum eius dirigantur, & cursus felicissi-
mus successuum & victoriarum eo promptius
obtineri à Deo Optim. Maxi. impetrariq;
possit. &c. Sign. Troppauiae 28. April.
1627.

Concionatores etiam militares lectio-
nes Euangeliorum Dominicalium iuxta
Calendarium Vetus Iulianum instituunt.

Anno 1627. Superiori libro diximus corpus S. Noriberti, Episcopi, Magdeburgi repertum, Pragam transmissum fuisse : Cum vero sub initium huius mensis Pragam deductum illud fuisset, Reuerend. D. Abbas in Strohoff, vna cum D. Præposito in Doxen, cilio vecti quod ab sex equis candidissimis phaleris etiam eiusdem coloris exornatis, trahebatur, hora tertia pomeridiana Pragam ingressi sunt: subsequenter duabus turmis equitum cataphractorum, vna cum turmis duabus ciuium armatorum. Ad portam Viennensem Clerus & quamplurimi Prælati, ordinisque Equestris, & illustres viri, palmas manibus gestantes, reliquias sanctas excipiebant, eæque in ædem sacram prope monasterium sacrarum Virginum Thamenise, deductæ, per noctem in ea custoditæ à clero, & psalmodiæ sacræ decantatæ sunt.

Postero die totus rursus clerus, vna cum quamplurimis aliis, qui deuotione acti processioni intererant, in prædicta æde congregati, sacro ab Prælato ordinis Præmonstratensis celebrato interfuere: & subsequenter ordine reliquias deduxere. Præcedebant agmen pueri nitidissime exculti, partim S. Noribertum, partim vero S. Gereonem, & Ursulam representantes,
eos

eos subsecuti sunt maiorum ædium sacra- Anno
 rum Canonici, cereis candidis ardentibus 1627.
 instructi, post quos Patres monasterii in
 Strohoff, præcedentibus 19. auro argen-
 toq; prætextatis, & magnatum insignibus
 ornatis vexillis, quorum primum fuit vrbis
 Veteris vexillum, secundum monasterij
 Strohoffiani, & Bruck ad Theiam, hinc il-
 lata vexilla vrbiũ Colonienſis & Ant-
 uerpienſis, & illustr. Comitum Nogarole,
 & dominorum Fratrum Baronum à Fur-
 ſtenberg, Do. à Thalberg, vrbis Magden-
 burgi, Com. Slabatae, D. Schimtzkonz-
 kij, Supremi Burggrauii, D. Cardinalis à
 Dietrichſtein, & Horrach, vt Regiæ & Cæ-
 ſar. Maieſt. Subſecuti ſunt Prælati duode-
 cim ordinis Præmonſtratenſis, & Cister-
 tienſis, hinc ipſam Tumbã in qua reliquiæ
 recondite fueſſe, 14. prælati Infulati Ord.
 Præmonſtr. intulere, ſubſequentẽ D. Ar-
 chiepifcopo cum aliis quamplurimis præ-
 latis, & equeſtris ordinis viris, 300. fere nu-
 mero cereos ardentẽs candidos manibus
 geſtantes. Agmen à latere claudebant mi-
 lites armati, tormenta etiam in arce diſplo-
 ſa & plateæ pretioſiſſimis pannis inſtra-
 tæ: In veteri etiam vrbe, & prope mona-
 ſterium Strohoff, arcus triumphales ere-
 cti, & miſſilia etiam, imagine Sancti,

Anno Noriberti notata aurea & argentea in vul-
 1627. gus dispersa. Ad portam vero ipsius mo-
 nasterij D. Prælatus reliquias sanctas ele-
 gantissima oratione deuote excepit, & in
 ædem sacram introduxit, sacrum vero ab
 ipso D. Archiepiscopo peractum est.

Patres etiam Soc. Iesu 12. Maii, proces-
 sionem ad reliquias, Sancti instituerunt, &
 horis pomeridianis in arcu triumphali co-
 mœdiam de eius vita, exhibuere.

*Administra-
 tio Principa-
 tus Hassia
 ab Mauritio
 Pr. filio tra-
 dita.*

Sed in Germaniam tandem redeamus.
 Cum iam pridem grauibus de causis dis-
 sensiones inter Illustr. Principes D. Mau-
 ritium, & D. Wilhelmum, patrem & fili-
 um, Landgrauios Hassiæ incidissent, tan-
 dem hoc mense Ill. Princeps Mauritius fi-
 lio D. Wilhelmo plenariam administra-
 tionem principatus Hassiaci tradidit, qui
 regiminis formam mutare aggressus,
 quamplurima saluberrime correxit.

*Reconcilia-
 tio inter
 Hassiacos
 Principes,
 sentata.*

Hinc de reconciliatione, & compositi-
 one dissidiorum inter vtriusque domus
 Hassiacæ Illustrissim. Principes, tractatio
 Hirsfeldiæ 11. mensis Maij, instituta, ad
 quam Cels. Princeps Wilhelmus perso-
 naliter sese compariturum, Princeps vero
 Georgius, ob reditum suum Consilia-
 rios suos magnificos amandaturum sese
 rece-

recepit: quod ut factum, tractatio ad præ- Anno
dictam diem instituta fuit. 1627.

Exportu interim Neapolitano 7. Gal- *Res in Ita-*
liones, cum 1000. militibus Hispanis sol- *lia gesta.*
uerunt, Genuam petituræ: nec enim illi
ab præparatione necessaria & muniendis
propugnaculis cessabant; quem in fi-
nem Marchio de S. Cruce cum Generali
Brancaccio, & aliis militum præfectis to-
tam regionem perlustrantes, aduersus Sa-
baudi conatus quæque necessaria præpa-
rarunt: copiæ etiam ex Ducatu Mediola-
nensi, aliisque regionibus sub duce Panci-
carola, congregatæ Genuam confluxe-
runt. Comitia interim Badensia finem
sortita sunt, decretumque ad instantiam
Basiliensium, ut cum Ser. Archiduce Leo-
poldo Austriaco, & Præfectis Alsatia diti-
onis, de subducendis præsidarijs tractatio
institueretur, quæ si minus felicem sucees-
sum sortiretur, alia aggrediendam fore
rem via.

In Insula Melitensi etiam hoc tempore
Turci, qui captiui tenebantur in Insula
summi Ordinis Præfecti palatium, non-
nullaque alia loca occupare conati, ab E-
quitibus fortiter repulsi sunt.

Constantinopolin etiam hoc mense *Res in Tur-*
Venetorum Legatus appulit: Insula et- *ciageje.*
iam

Anno iam Meletina in archipelago terræ motu
1627. absorpta est :

Regis etiam Persarum legatus Constantinopolin appulit, de pace cum Turca tractaturus, si modo ille Babyloniam urbem primogenito filio Regis Persarum feudi nomine concedere dignaretur: Nihilominus vero Generalis Primus Visier cum exercitu validissimo Persiam versus progressus Alepi substitit, copias Bassæ de Argirone præstolaturus.

Angli Gallos inuadunt.

Gallos interea Angli magna clade & damno affecere, & quatuor naues magnas mercatorias, Hispaniam petentes, ut & viginti alias naues, Barchen dictas, in portu Conquetano subsistentes, intercepere, & in Angliam abduxere.

Exstructum interim propugnaculum in Insula de Re, ad Rupellanorum motus retundendos, ut & in portu munitiones aliæ quatuor, Magistratus vero Rupellanus, obedientiam suam Regi scripto obtulit, & in eo contra Anglorum impetum auxilio futuros polliciti sunt. Angli interea maxima adornata classe Rupellam petere visi, apud Insulam Dei, trigesimo miliarium Rupellis distante, milites in terram exposuere.

Ex Rupellanis vero nonnulli naues aliquot

quot tam Rupellis, quam in vicinis insulis Anno
adornare conantes, Anglis sese coniunge- 1627.
re in animo habebant, sed vna cum nauibus & militibus ab magistratu vrmano comprehensi, pœnas capite luerunt: de reliquis decem in carceribus asseruatis regis sententia explorata, num eos sibi tradi, an vero in vrbe supplicio affici veller; Naues etiam viginti suis sumptibus sese instructuros, Regi obtulerunt, modo Generalem ipsis præponere, & regiis sumptibus alere liberet. In Angliæ interim regno omnes tam Angliæ, quam extraneorum naues arresto suppositæ, ita vt nemini prouincia exire concedatur, copiæ vero numerosissimæ, quantum antehac nunquam factum, in regno colliguntur, Naues etiam duæ, maximi pretii mercibus onustæ, Hispaniam petentes, in Angliam deductæ sunt: Hornam vero Hispanica nauis saccharo onusta, & in Batauiam nauis à S. Dominico rediens, deducta.

*Hispanica
nauis capta
Res in Italia
gesta.*

Hoc etiam tempore Connestabilis de Nauarracensis centum Romam urbem ingressus coram S. D. Papa comparuit, gratias S. E. nomine Ser. Hispaniarum Regis acturus, eo quod Reuerendiss. Cardinali Barbarino filiam eius sacro baptismatis fonte tingere in mandatis dederit, eiq; equos

Anno equos tres gradarios, candidissimi coloris, pretiosissimis phaleris instructos, oblaturus: qui officio laudabiliter functus, magnis etiam donis ab S. D. Papa est remuneratus.

Prouincialis etiam Brasiliensis Soc. Ies. qui vna cum aliis 18. eiusd. Societati patribus à Batauis captus, & rogatu Seren. Infantis Archiducis liberatus fuerat, cum P. Reinardo Zieglero S. Iesu ab Archiepiscopo Moguntino Electore, ob grauissima quædam negotia, Romam missus est.

*Grunberga
Silesia vrbs
incendio
perit.*

Grunberga Silesiæ vrbs hoc tempore, incendio ex incuria orto, tota consumpta est, Schola & sacris ædibus tantum illæsis.

Viennam Austriæ metropolin hoc mense appulit Fridericus Marchio Durlacensis ad contestandam suam erga S. Cæs. Maiest. obedientiam, & dissidiorum cum Marchionibus Badensibus exortarum compositionem amicabilem pertractandam, cumq; eodem etiam Illustriss. Wilhelmus Marchio Badensis appulisset, magna spes cunctos tenebat, fore, vt controuersia illa, ope Illustriss. Principum in aula Cæsarea commorantium, & Consiliariorum Cæs. componeretur.

In in-

In inferiore interim Saxonia Limbachi- Anno
 us militum Dux Nienburgum praesidio 1627.
 tenens, 14. mensis Maij Hojam urbem a- *Limbachius*
 stu intercipere conatus, equites decem ad *Hojam in-*
 iumenta abducenda eo ablegavit, quos *tercipere co-*
 praesidarii conspicati, eruptione facta, re- *natur.*
 pulere, verum Limbachus cum equitum
 turmis aliquot in insidiis collocatis, subito
 erumpens, eos acerrime persecutos, non-
 nullos ex iis trucidat, ceteros in fugam ait,
 & iumenta abigit.

In Gallia etiam mutuus inter Anglos & *Commerci-*
 suam gentem commerciorum vsus inter- *orum vsus*
 dictus est publico Regio edicto, quod iti- *inter Anglos*
 dem ab Angliae rege factum & copiae con- *& Gallos*
 scriptae partim in castra Danica, partim *interdictus.*
 Suecica transmissae.

Suecus vero triginta nauibus armatis, & *Naves Dan-*
 40. minoribus, quae annonam subuehe- *tiscana ab*
 bant naues septem Dantiscanas aggressus, *Suecis op-*
 tres ex iis in potestatem redegit, & reliquas *pressa.*
 in fugam actas persequutus est.

Equites interim sub ordinum confede- *Res in Bel-*
 ratarum prouinciarum auspicio militanter *gio gesta.*
 2000, & pedites 3000. Heusdam petie-
 re, compositione amicabili & transactione
 de pace Rosenthaliae instituta. Sub prin-
 cipium vero mensis Iunii, Comes in Sty-
 rumb vna cum equitibus 1500. & curri-
 bus

Anno bus 600. Fossam nouam ab Hispanis eff-
 1627. fossam petiere, quorum aduentu cognito
 præsidarii in munitionem primariam in-
 tra Geldriam & Walberium sese contu-
 lere, quos insecuti Bataui, munitioni-
 bus solo æquatis, munitionem illam forti-
 ter oppugnauere, & tandem vi in potesta-
 tem redegere, Hispanis omnibus trucidatis,
 Germanis vita donatis, annona etiam
 & machinis omnibus mechanicis ambu-
 stis, tormentisque quinquè, ex propugna-
 culo Pfaffenmutz dicto, eo delatis, abdu-
 ctis, munitiones ac propugnacula noui-
 ter erecta, non tamen sine clade suorum o-
 mnia sola æquauere.

*Transactio
 Norinber-
 gensis.*

Cum in territorio Norinbergensi nu-
 merosæ copias militares conuenissent, &
 incolas magnis incommodis affecissent,
 interuentu Illustriss. Principum D. Henri-
 ci Iulii Saxonie Ducis & D. Ioannis Geor-
 gii Marchionis Brandenburgici, de abdu-
 cendis iis ex Norinbergensi territorio, sub-
 sequenti forma transactum est.

Cæsaream nempe Maiest. Dominum
 nostrum clementissimum, per Generalem
 exercitus sui Ducem, Principem Fridlan-
 dia, Illustr. Principibus, D. Henrico Iulio,
 Duci Saxonie, & D. Ioanni Georgio Mar-
 chioni Brandenburgico exercitum con-
 scri-

scribendi & in territorio Norinbergensi Anno
lustrandi mandatum dedissent, ab iis vero 1627.
copiis militaribus incolæ districtus illius
magnis affectos fuisse molestiis : Eaque
propter Illustr. Principem Dn. Christianum
Marchionem Brandenburgicum, ut
pote Præfectorum, vigore defen-
sionis illius provincialis, commotum au-
thoritatem suam interposuisse. Cum vero
eodem ferme tempore copias illas ex lo-
cis illis ut abducerent, Commissarijs à Gene-
rali Friedlandiæ Duce iniunctum esset,
prædictos Illustriss. Principes, non solum
in hisce deductionibus, sed omnibus aliis
etiam quæ Commissarii Cæsarei in man-
datis habeant, satisfacturos sese promis-
se, & copias militares quam primum, &
quo commodiori modo unquam fieri
possit, deducturos, vrbes & oppida ab ipsis
possessa, Engelthal Hensensfeld, Reichen-
schwand, Hoppurgum, Odensoes, Of-
senhausen, & alia loca, extra illa, quæ ad
primariam castrorum sedem, necessario
requiruntur, libera relicturos, ablatos et-
iam equos, iumenta, & alia, quæ adhuc ex-
tent, ut & commerciorum liberum usum
restituturos, latrocinia & deprædationes
peregrinantium & deductiones armatas,
prohibituros, nullas contributiones neq;

E

per

Anno per se, vel alios exacturos, multo vero mi-
 1627. nus frumentis damnum illaturos, sed abs-
 que omni insolentia, molestia, vi & depredatione, quam primum commode fieri possit, è territorio vrbis Norinbergensis discessuros, equosque si qui ad transportandam suppellectilem militarem commodati fuerint, absque mora, & permutatione vlla remissuros.

Econtra vero Norinbergenses per delegatos suos legitimatos, D. Philippum Iacobum Tucher, & Ioannem Christophorum Olhaffen, promiserunt, ex sua etiam parte nullas offensiones, molestias vel ignominias copiis illis sese illaturos, operamque duros ne vel ipsi Illustr. Princ. vel copiarum ipsarum militares vllis molestiis à suis afficiantur, neque delectus impediuntur, sed potius omnes, in ditione Norinbergensi commorantes, si modo pacifice sese gerant, libere hospitio utantur, fruuntur, iisque necessaria omnia parata pecunia iusto pretio vendantur: Omnia vero que hucusque gesta fuissent, sublata, & æterna oblivione sepulta esse debere.

In præmissorum ergo fidem Illustr. Principes, & Norinbergensis Reip. Deputatos acta ista dupliciter conscribi mandasse, &c. Dat. Frayvenaurach, 23. Maij 1627.

Eod. 1

Eodem fere tempore S. Cæs. Mai. re- Anno
 formationem Religionis in Regno Bohe- 1627
 mico vrget, & omnibus Illustr. profapia *Edict. Cæs.*
 oriundis, & equestris ordinis viris, Catho- *far. pro Re-*
 licâ Romanam Religionem amplecti de- *format. Rel.*
 trectantibus, intra certum terminum re- *in regno Bo-*
 gno excedere, subsequenti edicto man- *hem.*
 dat.

P.P. Omnibus scil. esse manifestum, re-
 gnum suum hæreditarium Bohemicum,
 nullo vnquam tempore feliciori sorte v-
 sum, & maiori incremento floruisse, quam
 tempore laudatissimi Imperatoris, Diui
 Caroli IV. idque eam potissimum ob cau-
 sam, quod prædictus Imperator, ex singu-
 lari quadam pietate & amore erga maiores
 suos, & patriam dilectissimam, præcogno-
 uerit, dissensionem & diuersitatem in ne-
 gotio religionis omnium discordiarum
 fontem esse, & ea vigente nullam inter ma-
 gistratû & subditos cuiusq; regni, vel pro-
 uinciæ obedientiam, pacem & concordi-
 am conseruari posse: Eum ergo in finem
 certa prædictum Imperatorem edicta &
 constitutiones in regno Bohemiæ publi-
 casse, omnibusq; tam Ecclesiasticis, quam
 secularibus magistratibus, & præfectis
 mandasse, vt præ omnibus aliis eam in-
 cumbant in curam, quo extra Sacram Ca-
 tholi-

Anno tholicam Apostolicam & solam saluificam
 1627. Christianam Religionem (solam enim ab
 ipsa gentilium superstitionum repurgati-
 one, vsque ad Wenceslai Regis tempora,
 fidem Romanam Catholicam in hoc re-
 gno viguisse) nulla alia dogmata, hæreses,
 vel errores in regnum Bohemiæ introdu-
 cantur, vel tolerantur. Pari etiam modo
 notum esse omnibus, post prædicti Impe-
 ratoris Sigismundi obitum, sub imperio
 Regis Wenceslai, ex nimia forte eius in-
 curia, varios errores & hæreses in S. M. re-
 gnum hoc hereditarium Bohemicum in-
 repisse, subsequetasq; esse eas dissensiones
 inter ipsos subditos, & rebellionem, sedi-
 tionesque varias contra magistratus: vi-
 guisseque illos & durasse etiam sub succe-
 dentium Regum, inprimis vero D. Ru-
 dolphi & D. Matthiæ, felicissimeq; record.
 Imperatorum, & suis etiam temporibus
 adeo increuisse, vt etiam subditi sui in præ-
 dicto S. M. regno se, legitimum Regem,
 heredes & successores, totamque domum
 Austriacam, regno illo, vna cum incorpo-
 ratis illius prouinciis, contra Auream Bul-
 lam præd. Cæsaris Caroli I V. & sic here-
 ditario iure ipsis competente priuare co-
 nati sint. Eam igitur ob causam, & vt re-
 gnū hocce S. M. hereditarium eum rursus
 felici-

felicitatis gradum conscendat, quo tem- Anno
pore præd. Regis & Cæsaris Caroli IV. 1627.
fruebatur, S. etiam M. ab eo tempore,
quo diuina fauente gratia, famosissimam
illam victoriam prope Regiam urbem
Pragam, contra hostes & rebelles suos, re-
portarit, in eam præcipue incubuisse cu-
ram, vt laudatissimis hisce vestigiis Ca-
roli IV. (qui suo tempore Patriæ Pater di-
ctus fuerit, ipsaque re talem se exhibue-
rit) tutando & conseruando sacram & so-
lum viuificantem Religionem Catho-
licam insisteret, eodemque modo quo ille
nullas hæreses & errores in prædictum S.
M. hereditarium regnum Bohemicum in-
troductas per magistratus aboleri & puni-
ri mandarit: Sic etiam S. M. cum grauer
ferat, etiamnum apud diuersæ Religionis
affectas, incolas S. M. regni hereditarii Bo-
hemici, perniciosissimos tractatus in S. M.
subditorumque fidelium præiudicium vi-
gere, tam ratione officii summi magistra-
tus quam salutis animarum subditorum,
(pro iis enim ante tremendū diuini iudicii
tribunal rationem sibi esse reddendam)
ad reducendam & stabiliendam pacem in-
ter subditos S. M. & conseruanda iura, S.
M. & heredibus, ac successoribus in hoc
E 3 regnum

Anno 1627. regnum hereditarium competentia, coactam esse, vt omnimodo prouideret, quo subditi S. M. ab Ecclesia Romana alieni, errores post obitum prædicti Imperatoris Caroli I V. introductos, abdicent, & ad sacram, solam viuificantem Catholicam Apostolicam Romanam Ecclesiam, & Religionem reuertantur.

Cum igitur, hisce ex causis, etiam ex conscientia vinculo, in posterum in hereditario Maiestatis S. regno neminem, cuiuscunq; sexus, ordinis, vel dignitatis ille sit, in prædictis erroribus, vel hæresi perseverantem, tolerare possit, sed potius æquum iustumque, & diuinæ voluntati, mandatoque consentaneum statuatur, vt omnes subditi S. M. vna secum in antiquissima Romana Catholica Religione in qua S. M. & sui etiam maiores recte & pie vixere, & diuina misericordia mediante ad æternæ vitæ gaudia emigrauerent, vnanimiter consentiant: Ea propter etiam ante hac M. S. ad exequendam huiusmodi salutaris, & Deo sumopere gratæ Reformationis opus certos deputasse Commissarios, & in mandatis dedisse, vt tam ipsi, quam subdelegati ipsorum Instructores summa opera & cura enitentur, quo læpediti M. S. fideles subditi in fide Catholica fideliter

terinformentur, instituantur, & ab errori- Anno
 bus ad sacram, solam viuificantem Reli- 1627.
 gionem, & obedientiam sacrae Romanae
 Apostolicae Catholicae Ecclesiae reducan-
 tur. Mandasse insuper Commissariis De-
 legatis, vt Illustri loco natos & equestris
 ordinis viros, (eos enim concernere praesentem
 constitutionem) intra sex menses,
 à publicatione mandati huius computandos,
 terminum, hisce mandatis competentem
 ipsis constitutum, vt coram se compareant,
 citari faciant, eosque vel per se, vel alios
 idoneos in praedicta Romana Catholica
 fide, luculenter instituant, qualiter etiam
 ii, post lapsum terminum, ad contestandam
 obedientiam suam erga Deum Opt. Max.
 Sacrosanctam Ecclesiam, & M. S. sanctionem,
 suam ipsorum animarum salutem concernentem,
 morem hisce M. S. mandatis gesserint, significari
 curent. Hortari igitur M. S. clementissime,
 & paterne omnes & singulos suos subditos
 fideles, ex Illustri natos pro sapia, & equestri
 dignitate praefulgentes (de subditis enim
 Regiis & incolarum Regiarum, & M. S. coniugi
 dilectissimae Romanorum Imperatricis,
 deputatarum ciuitatum & subditis in propriis
 M. S. ditionibus, aliisque regni Bohemici
 incolis ad fidem Catholi-

Anno 1627. cam reducendis, alio loco & mandato dis-
 spositum esse,) vt informationem S. M.
 Commissariorum, vel subdelegatorum ar-
 denti & deuoto animo suscipiat, semeti-
 ipsum ad salutem suam & vtilitatem apte
 disponat, inque sola viuificante sacra ca-
 tholica fide cum M. S. & Christiana Apo-
 stolica Romana ecclesia sese conformet.
 Sin vero, aliqui intra prestitutum sex men-
 sium terminum sacram Catholicam fidem
 amplexus non fuerint, constituisse M. S.
 & vigore presentis regii Edicti declarare,
 nemini, postlapsum terminu sex mensium,
 in S. M. regno hereditario Bohemico ha-
 bitare, vel bona sua personaliter possidere
 concedi debere, sed potius M. S. regno Bo-
 hemico excedere, bona vero sua cognatis
 suis, vel Catholicæ Romanæ Religioni
 addictis, vendere teneatur, eumque in fi-
 nem, quo venditio commodius fieri pos-
 sit, assignatum illis esse alterum sex mensiu
 terminum. Ne vero suspicetur quis, bona
 subditoru potius, quam Dei omnipotentis
 honorem, & subditorum anime salutem,
 quæri, declarare M. S. presentibus hisce, &
 contestari quod si quis, preter spem, Cæ-
 sareo huic mandato minime obtempera-
 uerit, emigrationis ius saluum absque de-
 ductio-

ductione solita, *Nachseur* / sibi fore, & Anno
concedi, permittere etiam M. S. hisce cle- 1627.
mentissime vt cuicumque beneficio emi-
grationis vtenti, ad vendenda bona sua, &
debitorum in Regno Bohemico contra-
ctorum exactionem (in qua re magistratus
prompte ipsis, auxilium ferre debeat,) è
cognatorum suorum numero, aliquem,
vel alium Catholicæ Religionis addictum,
constituere possit. Cum vero M. S. nihil
magis in votis habeat, quam vt omnes sub-
diti S. M. in hereditario suo regno Bohe-
mico, quorum maiores ante sectarum &
errorum introductionem, in Catholica re-
ligionis concordia, feliciter, & laudabili-
ter vixere, etiam in posterum pari in con-
cordia & vnanimitate in prædicto regno
conseruari possint, paterne & clementissi-
me M. S. omnes suos subditos exhortari,
vt quilibet eorum sua ipsius salute attenta,
conscientiam suam probe examinet, &
cōsideret, ne, iustissima ira diuini Numinis
exardescente, præter temporalium, etiam
bonorum æternorum, iacturam faciat, ea
vero S. M. minime velle, sed potius arden-
tibus votis exoptare, vt depositis errori-
bus, (quibus ipsi & maiores sui seducti ma-
gnificentissimū Bohemiæ regnū, patriam
suam dilectissimam in extremum adduxe-
rint

E §

rint

Anno rini perniciem) ad antiquam sacram Ca-
 1627. tholicam fidem reuertantur, & cum S. M.
 in vnitatem fidei redeant. Hæc enim suam
 M. summis votis expetere, &c. Dat. Vi-
 ennæ Sabbathi memoriæ S. ignatii sacro.
 Anno 1627. Regnorum M. S. Romani
 octauo, Hungarici decimo, & Bohemici
 vndecimo.

*Res in Sa-
 xonia Infe-
 riore gesta.*

Sed ab bellicos reuertamur tumultus:
 Postquam Daniæ Rex hoc tempore cum
 quatuor armatorum millibus in castra ad
 urbem Blekede posita appulisset, summa
 vi oppugnare eam aggressus, Præfectum
 Brandensteinium nomine oppido relicto
 in arcem sese vt reciperet, coëgit. Verum
 Brandensteinus, re collectis viribus, licet
 vnicam tantum militum turmam circa se
 haberet, ea animositate & fortitudine
 regionum impetum retudit, vt frustra
 oppugnatione tentata, retrocedere eos
 cogeret: Croatorum interea Dux Da-
 bolskii, quingentis armatorum millibus
 stipatus Danos magna alacritate aggredi-
 tur, & in fugam agit: nec tormentorum
 grandine interim obsessi eos infestare ces-
 sabant, & eruptione 13. Jun. facta, ob-
 sidionem soluere coegerunt, 800. ex
 eorum numero partim trucidatis, par-
 tim in Albim præterfluentem adactis, in-
 ter

ter quos etiam ipsum fuisse Regem, eua- Anno
 sisse tamen periculum, fama ferebat: Ob- 1627.
 fessi vero castris potiti, eximia parta præ-
 da, & tormentis tribus, victores in oppi-
 dum reuersi fuere, patuitque vel hoc con-
 flictu, Deum ter Optim. Maxim. Cæsar.
 Maiest. in negotio hoc iustissimo adfuiſ-
 se. Regiæ vero copiæ durante hac obsidi-
 one incolas Ducatus Luneburgici grauif-
 simis affecere molestiis, arcibus duabus cū
 quam plurimis pagis flamma deletis, &
 ecclesiis deprædatis.

Illustr. interim Comes à Furstenberg
 sex tormentis maioribus assumptis Nort-
 hemium properabat, vi urbem in potesta-
 tem redacturus.

Cæsareæ interim copiæ in ditione Brun-
 suicensi congregatæ, hospitium & stipen-
 dium ab vrbe Brunsuicensi petebant, ve-
 rum frustra. Præſidiarii vero in arce
 Guelphorum 18. Iun. iumenta Gosla-
 tiensium, sexto lapide distantium, ma-
 gno ausu rapuere, & præda magna onusti
 in urbem reuersi sunt.

Verum Cæsareani coitione facta iu-
 menta recipere è pascuis Guelphicis &
 suburbiū incendio delere conati sunt, in-
 opinato eos, exhesterna crapulavino onu-
 stos, inuenturos rati, verum cum præ-
 sidia-

Anno fidiariis illud innotuisset, tormentariis
 1627, 500. in insidiis collocatis, Equitum tribu-
 nus Schenkus, cum turma equitum Cæ-
 sareanos aggreditur, & fuga simulata, in
 insidiarum locum eos attraxit, & equis
 multis prædaque adepta opipara, retro ce-
 dere coegit.

Illustriss. interim Princeps Fridericus
 Ulricus, Dux Brunsvicensis comitia Pro-
 uincialia cum Prouinciæ Dynastis & eque-
 stri ordine celebrat, in quibus decretum,
 præfidiarios arcis Guelphorum arctiori-
 bus mandatis, ad arcem Cæsarei exercitus
 Duci tradendam cogendos esse, manda-
 taque illa non solum ad Daniæ Regis Vi-
 carium, sed etiam ministerium populo è
 suggestu denuntianda transmissa fu-
 ere.

Literas etiam ad Danicum Vicarium in
 arce Guelphorum præd. Illustriss. Dux
 Brunsvicensis, subsequenti forma trans-
 misit:

P. P. Cognouisse scil. sese, ea, quæ ex
 parte Regii Vicarii, 4. huius mensis expo-
 sita, & de Prouincia flamma deuastanda,
 prout etiam in literis ad Prouinciæ status,
 7. præd. mensis significata fuerint: Hæc
 vero omnia perturbato, & dolenti animo
 sese percepisse, neque sperare sese Regiam
 Daniæ

Daniæ M. propinquum & cognatum su- Anno
um, arctissimo agnationis vinculo sibi con 1627.
iunctissimum talia in perniciem, & deua-
statione ditionis suæ contra diuina omnia
humanaque & omnium gentium iura,
contra S. Rom. Imperii Constitutiones,
de pace publica, & ordine ac modo Exe-
cutionum, prouincialium etiam Decreto-
rum, & reuersalium ratione Prouincialis
Defensionis conscriptorum, tenorem,
taliam vnquam cuiquam in mandatis dedif-
se, operamque daturum, ne vna cum sub-
ditis suis, qui fideliter hætenus in debita
obedientia perstiterint, & tantæ cladi oc-
casionem minime dederint, incolumes
conseruentur, Sperare proinde sese, & de-
bito modo requirere, vt re maturius confi-
derata, vulcania arma & incendia commi-
nata, aliasque contra sese, suosque Status
& subditos oppressiones prohibeat, &
intermittat. Sin minus in iis commina-
tionibus & oppressionibus, ad diminutio-
nem iurisdictionis, regalium sibi compe-
tentium, & calamitatem ac ruinam Pro-
uinciæ, exactionemque collectarum quæ
a subditis suis minime præstari velit, perse-
ueret, contra omnia iura tam ecclesiastica,
quam secularia, & omnium gentium, con-
traque S. Imperii Constitutiones, ac san-
ctiones,

Anno 1627. ctiones, constituisse sese Diuo Imperatori Domino suo Clementissimo, qui sese cum omnibus ditionibus, & subditis vigore Constitutionis de Pace Publica, & Religiosa, libertatis Germanicæ nationis, & Sacrarum Imperii Romani constitutionum, in protectionem clientelamque suscepit, omnibus etiam S. Imperii Electorib. & Principibus fidem facturum, omnium calamitatum, & ruinæ totius prouinciæ fontem esse prædiariorum in arce sua Guelphica insolentiam, posthabitis vero minis illius sese in confessione sanctissimæ Religionis, & S. Imperii Constitutionum iuramentique S. Cæs. Maiest. & Imperio præstiti obseruatione constantissime perseueraturum: ex aduerso vero Comiti incumbere, quo pacto ipse Sac. Imperii Comes, sub velamine Religionis tutandæ, cui tamen in suis ditionibus, & prouincia Inferiori Saxonicæ vis nulla vnquam illata, sed sarta tecta floreat, vigeat, turbulenta huiusmodi oppressiones & hostilitates excusare, luere ve possit. Nullum enim sese superiorem, præter Sac. Cæsar. Maiestatem agnoscere. Proindeque nec Ser. Danicæ Regi Domino Agnato & Parti suo dilectissimo, Prouinciæ defensori constituto, ullam superioritatem, vel iurisdictionem, in se, suos-

se, suasque prouincias, & subditos, contra Anno
 S. Imperii Constitutionem de Executio- 1627.
 nibus, & vigore illius conscriptas literas
 Reuersales competere, præsertim cum et-
 iam ipsius præscitu & consensu spontaneo
 mandatis Cæsareis auocatoriis, obedien-
 tiam præstiterit, & ipsius M. nullo modo
 obligatus sit. Reseruare proinde omnia si-
 bi remedia aduersus eum competen-
 tia, petereque vt arcem suam Guelphicam
 omni posthabita mora sibi tradat, & ab o-
 mnium collectionum exactiōe, oppres-
 sioneq; subditorum abstineat, atq; ab om-
 nibus intentatis minis, afflictionibus, &
 inuasionibus cesset. &c. Brunsvici 11. Maij
 1627.

Nuptias hos tempore celebrabat Vien- *Nuptia Co-*
 næ Illustr. Comes Schlavvata, junior, cum *mitis Sla-*
 Comitissæ à Meggau filia, quibus S. Cæsar. *uuate.*
 Maiest. vna cum Diua Imperatrice, &
 primariis aulæ Cæsareæ Proceribus, Pala-
 tini Neoburgensis & Marchionum lega-
 ti, Principes etiam Saxonici Altenbur-
 genses, & Gubernator Austriae Archidu-
 catus Inferioris, interfuere. Postero die
 Illustriss. Domini Paulus Pels, & Otto
 Teuffelius equestres ludos coram Sac.
 Cæsar. Maiestat. & nouis Nuptis celebra-
 uere.

In al-

Anno 1627. In altera orbis terrarum parte, regno Peruviano, Hispaniæ Regi subiecto, aurifodinae, maxima imbrium continuarum inundatione corruptæ, funditus interiere operariis quam plurimis oppressis: & damno ultra tonnas aliquot auri transcendente, æstimato.

Pugna navalis intra Polonos & Suecos.

Suecicæ interim naues 13. armatæ, naues quatuor maiores Polonicas, aggressæ, eas oppugnarunt, quæ magna fortitudinis laude impetum Suecorum validissime retulerunt, sed Sueci noctu munitiones ad Dantiscanâ urbem positas, inuadentes, pari modo repulsi, amissis 4000. militibus, & comite in Thurn vulnerato, retrocedere coacti sunt.

Ser. Elector Brandenburgic. in obedientia erga S. C. M. perseveraturû se, promittit.

Sereniss. interim Elector Brandenburgicus, ad S. Cæs. M. requisitionem, coram M. S. legato in obedientia & fide erga M. C. constanter perseveraturû, & Ser. Baviaræ Ducem pro membro Collegii Electoralis habiturum, fidem fecit, eumque in finem Illustriss. Principem Sigismundum Marchionem, Augustanæ Confessioni addictum, Gubernatorem constituit, Concionatorem etiam aulicum D. Bergium remouit, officio sacro D. Bohemio, & Buchenio, Confessioni Augustanæ addictis demando,

Manda-

Mandato etiam singulari auocatorio o- Anno
mnes suos subditos Daniæ Regi militan- 1627.
tes domum redire edixit :

P. P. Magno sese præiudicio prægrauari, eo quod subditi sui, Danicæ militiæ nomina dederint, sequanturque castra contra S. Cæs. Maiest. hinc enim quasi ex fonte omnia oriri mala, & oppressionem prouinciæ, & suspicionum scaturiginem, quasi verbis saltem obedientiam erga C. M. iactarent, reuero ipsa & opere clanculariis machinationibus perniciem M. E. adstruerent. Ea propter tota malis prouinciam deuastari, commerciorum usum impediri, aliasque innumeras calamitates totam regionem afflixisse: cum tamen absque præscitu suo & contra sua mandata auocatoria militiæ illi nomen dederint. Mandare igitur sese, præsentibus hoc edicto, omnibus & singulis, tam pedestribus, quam equestribus copiis, uasallis, & præfectis, & subditis suis, qui Danica castra hactenus secuti fuerint, ut quamprimû e castris illis secedant, & domum quisque suam lareque proprios reuertatur, sub pœna confiscationis & amissionis omnium bonorum, tam futurorum, quam præsentium, feudorum etiam & hereditariorum bonorum priuatione, &c. Dab. 24. Iun. 1627.

F

Eodem

Anno Eodem ferme tempore Philippus
 1627. Reinhardus Comes à Solms, Daniæ
Comitis à Regis Vicarius & Gubernator in arce Guel-
Solms litera phorum, subsequentes literas ad Sena-
ad Senatum tum Einbeccensem transmisit.
Einbeccen-
sem.

P. P. Cum manifestum ipsis sit, Catho-
 licæ ligæ Generalem Ioannem Comitem à
 Tillij, & Ducem Friedlandiæ, laudatissi-
 mam prouinciam Saxoniam Inferiorem,
 sub specioso, quamuis nullo & inualido
 prætextu, contra S. Rom. Imperii Consti-
 tutiones, hostiliter inuasisse, & depræda-
 tionibus variis, omnique immanitatis ge-
 nere; nullo ætatis, vel sexus habitatione
 afflixisse, manus etiam violentas demor-
 tuorum sepulcris intulisse, incolas Duca-
 tus Brunsvicensis, omni ope & auxilio de-
 stitutos fuisse, ob id quosdã patriæ amantes
 in urbibus, pagis, & villis defensionē & pa-
 trocinium eorum, iure diuino naturali &
 omnium gentium concessum, summa ne-
 cessitate adactos, suscepisse. Quamuis ve-
 ro nonnulla eorum Defensorum facta
 normæ etiam iustæ defensionis contraria
 forte dici possint, extrema tamen necessi-
 tate urgente facile eos excusari: se vero
 quo facilius intra modestiæ limites conti-
 neri possent, in Ser. Daniæ Regis Prouin-
 ciæ Defensoris, Domini sui clemētissimi pa-
 tro-

trociniū & protectionē illos suscepisse. Cū Anno
 vero Defensores illi patriæ, quos nomine ^{1627.}
 Hartzschützen, appellari voluerit, ante
 hac tutum perfugium in Ciuitate Einbec-
 cana sese habuisse, de prædicent, nuperri-
 me tamen, ex instinctu quorundam, quos-
 dam carceri mancipatos esse fama ferat:
 Rogare sese, nomine Ser. Daniæ Regis, vt
 attentis circumstantiis prædictis, ad con-
 seruandam Pacem Religiosam & publi-
 cam, aliorum ab exemplo suam acuant vi-
 gilantiam, & prout ante hac Defensores il-
 los, Maccabæorum Zelo patriam propu-
 gnantes, in ciuitatem suam admilere, in
 posterum etiam, saltem conuiuendo adi-
 tum ipsis præbeant, necessaria ipsis admi-
 nistrent, illos vero qui carceri mancipati
 detineantur, libertati restituant: &c. Dab.
 in arce Guelphorum. 16. Jun. 1627.

Naui interim Bataua hoc mense duas
 naues Hispanicas è S. Dominico Insula re-
 duces, aggressa grauiter eas oppugnauit, &
 in potestatem tandem post obstinatum præ-
 lium redegit: & alteram 150. onerum nau-
 ticorum capacem, 14. tormentis instru-
 ctam, in qua S. Dominici Insule Guberna-
 tor, cum aliis nonaginta vehebatur, Vlissin-
 gam, alteram vero in Angliam abduxit.

Flagrante & furente Martio hoc cona-

*Fœtus suil-
 lus monstro-
 su.*



Magistra. in ~~ultima~~ ^{ultima} ira sua iudicia Deus ter Opt. M.
edere,



edere & ad scelerum agnitionem, vitæque Anno
emendationem adducere studens, mon- 1627.
strosum partem suillum in agro Argenti-
nensi exhibuit, dum 24. mensis Junii, sus-
fœta ex pago Lingenti Argentinam abdu-
cta, ante ipsam vrbis portam, Laniorum di-
ctam, tres monstrose admodum confor-
matis, & vel ipsius dæmonis figuram, pe-
dum vnguibus repræsentantes, fœtus edi-
dit, quorum typum hisce adumbrare & Le-
ctori proponere statuimus.

Iniquiori fortuna etiam Gallicæ naues 8. *Pugna naua-
lis inter Hi-
spanos &
Gallos.*
vse, cum in Anglicas aliquot naues armatas
incidissent, in horas aliquot cum ijs depu-
gnauere, tandem quatuor submersis, in
Anglorum deuenerè potestatem.

Postquam Dani superiori in conflictu, *Ædis ma-
ioris siue
Templi Ha-
uelbergensis
obsessio.*
magna virtute & animositate à Cæsarea-
nis copiis in fugam versi, in ædem sacram
maiores siue Templum Huelbergense
fese recepissent, Cæsareani eos insecuti,
& castra metati oppugnare id summa vi co-
nati, tormentorum ictibus creberrimis eos
infestarunt: nec minori audacia obsessi
vim propulsabant: tandem vero ipse Da-
niæ Rex duobus equitum millibus, 200.
peditibus, vt & Scotis 8000. comitatus
templum petiit, velitationibus interim a-
pud Blekede, vrbem cum Hausmanni co-
pijs

Anno piis congressus. Cæsareani castra ad Sanda-
 1627. uium urbem dimidio miliari vrbe Havel-
 bergene distantem, vna cum illustr. Saxo-
 nico Principe Lavvenburgico, cum 6000.
 peditum & 2000. equitum posuere, hinc
 crebræ & ancipites velitationes: fortuna
 modo in hanc, modo in alteram propen-
 dente partem.

Cum vero interim Marchio Durlacen-
 sis vna cum Comite à Thurn, & aliis multis
 militum tribunis, ad Regem Daniæ per-
 uenissent, officia militaria nonnulla im-
 mutata quibusdam aliis distribuit, & quidē
 Administratorem Episcopatus Hallensis
 Generalem exercitus Vinariensis in Sile-
 sia, & Comitem à Thurn seniore locu-
 cumtenentem, siue Vicarium eius, Mar-
 chionem Durlacensem Vicarium siue Lo-
 cumtenentem totius exercitus regij, ma-
 gno cum militum applausu constituit. Na-
 ues interim 30. ex Anglia Hamburgum,
 cum sex armatorum millibus Anglis &
 Scotis appulere, vt & naues 38. quib. 7000.
 Angli & Scoti in castra Suecica transpor-
 tati fuere.

Obsessi interea magna vi obsidentes in-
 festare & quidem variis globorum missili-
 um generibus, minime cessauere: quamuis
 tubicinem cum literis S. Cæs. Mai. Ser. E-
 lectori

lectori Saxonæ, & Ill. Comiti Tillio in- Anno
scriptis, in castra ablegarint: Paulo vero 1627.
post millia aliquot Danorū, Albini transe-
untes, ditionē Luneburgicam, deprædati,
pagos decem incendio vastauere, iumen-
tis abactis, fortissimam etiam munionē,
haud procul à Winsemio ad Albis fluentia
extruxere, qua fluiui transitus, & cōmeatus
subductio ex Hamburgo prohiberi posset.

Ser. interim Brandenburgicus Ele. man-
dato auocatorio subditos suos ex castris
Danicis reuocare est conatus: Sperasse ni- *Elect. Bran-*
mirum sese (iucquit) subditos & uallos *denburgici*
suos, periculosissimis hiſce temporibus, & *mandatum*
grassante bello, quo non solum Sac. Rom. *auocatori-*
imperium, iam dudum armis misere affli- *um ad sub-*
ctū, sed etiam suæ ditionis & Ducatus pro- *ditos suos.*
uinciæ grauissime oppressæ fuerint, iam-
dudum castris nuntium missuros, & do-
mum redituros fuisse, fortitudinemque
suam & animi virtutem non in patriæ per-
niciem & calamitatem, sed ad defensio-
nem potius illius, & conseruationem adhi-
bituros: prout in suis etiā mandatis auoca-
toriis & exhortationibus contineatur, te-
neanturque vi iuramenti & subiectionis
sibi Prouinciæ Domino, debitæ, ac patriæ
amore. Cognouisse uero nihilominus ple-
rosque non solum ex plebeiis, sed etiam ex
equestris ordinis uiris, & ciuibus, nō attētis

Anno præmissis rationibus, & quod ante hac in
 1627. suis Prouinciis vel commorati fuerint, vel
 per eas se inuitis in Silesiam transfuerint, &
 de prædationes, exactiones aliaque similia
 exercuerint, imo adhuc hodie exerceât, &
 tales sese gerant, quasi coniurati ditionum
 suarum essent hostes, hæc vero omnia do-
 lenti animo sese cognouisse, & condignis
 pœnis in contrauenientes animaduersu-
 rum. Cum proinde res eo suis in ditionib.
 peruenerit, vt ad sumptus Danico præsi-
 dio in Ruppin, Frifaco, Zedenik & Lie-
 benvvald, & aliis nonnullis locis submini-
 strandos, certæ fuerint impositæ contribu-
 tiones, etiam ferro, flammaque exigendæ,
 hortari sese, & mandare, vt quamprimum,
 omni seposita mora, ab exercitu Danico
 discedant, sub pœna corporali infligenda,
 & indignationis suæ grauissimæ, & amissi-
 onis omnium bonorum, hereditariorum,
 & feudalium, præsentium & futurorum.
 In quorum fidem, præsens hoc edictum,
 siue mandatum auocatorium, publicis ty-
 pis exscribi, & in ditionibus suis, tam Ele-
 ctoralibus, quam aliis, omnibus, publice
 affigi curasse, nominis etiam proprii sub-
 scriptione, & sigillo maiori appenso corro-
 borasse. Dab. Regiomonti in Borussia ꝯ. Iu-
 lij, 1627.

Præ-

Præter hos alio etiam mandato subditis Anno
 suis edixit Idem Ser. Elector, vt Cæsareis 1627.
 copiis omnia subsidia & auxilia submit- *Aliud eius-*
 tant: *dem D. Ele-*
ctoris edi-
ctum.

P. P. Cognouisse sese, (inquit) nonnul-
 los, qui Danici exercitus præfectos sese fe-
 rebant, in Ducatu suo Borussiae, subditos
 suos grauiissimis exactionibus afflixisse, &
 annonæ certam summam singulis heb-
 domadibus ab iis seuerissime exegisse, pa-
 gis etiam nonnullis incensis, pariter etiam
 alia loca, molendina, villas, incendio de-
 vastaturos, & iumenta abacturos, quin et-
 iam messorum, si frumenta demetere cona-
 rentur, trucidaturos comminatos fuisse,
 nonnullos etiam innocentes homines
 captiuos abduxisse, urbem etiam su-
 am Havelbergam, eo nomine quod
 superiore anno Mansfeldicis copiis sub-
 sidia præbere, cum irreparabili da-
 mno suo, coacti fuissent, incendio deua-
 stare, ædem vero sacram tormentorum
 ictibus demoliri conatos esse, & vt paucis
 rem totam complectatur, grauiissimis ex-
 actionibus, deprædationibus, & iniuriis
 se subditosque suos adeo seuerissime ad-
 flexisse, & omnino tanquam subiectos sibi
 & subditos tractasse, cum tamē neminem,

F § præter



Anno præter S. Cæs. Maiest. dominum superio-
 1627. rem in terris agnoscat. Ea vero omnia vt-
 pote indigna, summa vi auertere, consti-
 tuisse. Mandare igitur præsentibus hisce li-
 teris, omnibus suis subditis, ne prædictis,
 aliisque Danici exercitus præfectis, cuius-
 cumque ordinis vel status illi sint, quic-
 quam contribuant, vel subsidio auxiliove
 sint. Econtra vero Cæsareis copiis omni
 conatu, quantum fieri omnino possit, ne-
 cessaria quæque subsidia, & auxilia ferant,
 subuehantque & subministrent ijs omnia,
 quæcunque ab iis postulauerint. Neq; ve-
 ro meru Danicarum copiarum absterreri
 sese patiantur, cum præsto Cæsarei exerci-
 tus numerosissimæ copiarum, auxilio ipsis sint
 futuræ. Præter hæc mandare, vt omnes tū
 equestris ordinis viri, quam ciues & rustici
 in procinctu semper sint, vt ingruen-
 te necessitate omnes & singuli, viritim,
 Prælati, Illustri progenie & equestri nati,
 nobiles, ciues & villani, cis & intra Oderæ
 fluentia commorantes, equis validissimis,
 feruis, armis, puluere tormentario, globu-
 lis, & aliis armis instructi, in locis consti-
 tutis, vel imposterum constituendis, sub
 præfectis à sese constituendis compareant.
 Quod si forsan nonnullis in locis, præcipue
 vero in vrbibus præfecti non sint constituti,
 omni

omni posthabita mora constituentur, alia- Anno
que necessaria præparentur, sub pœna a- 1627.
missionis omnium bonorum feudalium,
& ignominia, exilij etiam & ipsius vitæ
priuationis, pro cuiusque delicti admissi
modo. &c. Dabant. Colon. 22. Iul. An.
1627.

Anglicus interea Legatus extraordina- *Res in Bel-*
rius Charleton, Hagam Comitibus appulit, *gio gesta.*
& ab ordinibus, vna cum Feciali Anglo,
qui ad insignia Ordinis de la Gartire An-
glici illust. Principi Auraco nomine regis
offerenda missus erat, summa magnificen-
tia est exceptus. Propter dissidiorum vero in-
ter Anglicæ & Gallia reges exortorum
incertum euentum Hispani Belgii oras
præsidii firmare, & Mechlinia currus
quamplurimos, equosque instruxere: Or-
dinum vero Confœderatarum prouincia-
rum naues ad urbem Niemegam instructæ
in excubiis collocatæ.

Vterque interim exercitus, Cæsareus *Cæsarea ca-*
nimirum & Danicus ad urbem Havelber- *Danica ca-*
gam inuicem oppositi castra metati sunt, *stra opposita*
Dania vero Rex Batzenburgi pontem
naualem instruxit, quo commodius Ha-
uelbergam accedere, & obsessis opem fer-
re posset.

Cum vero North. hoc tempore obsidio-
ne ab

Anno ne ab Cælareanis adhuc premeretur, Illu-
 1627. stris D. Comes à Furstenberg oppugna-
 Northemiū tione repetita, frustra tentata, nonnullis ex
 à Cas. occu- suis amissis, oppugnationem tertia vice
 patur. tentandam summa vi præparabat. Quo
 cognito obsessi 2. Jul. de deditioe agere
 cœperunt, verum frustra, cum hæctenus
 summa vi Cæsareis restitissent. Missis ergo
 per tubicinem Comiti significauere, cum
 tráfactio omnis, & cōsultatio de deditioe
 facienda, ipsis denegetur, contra militares
 leges, constituisse sese ad extremum vsque
 vitæ spiritum omni fortitudine & animo-
 sitate se, suaque omnia & urbem defende-
 re; euentu Dei prouidentia commisso :
 Hac denuntiatione irritati obsidentes, 5.
 Iulii, per diem integram oppugnatione
 continuata, & tormentis explosis, urbem
 summa vi aggressi & in potestatem redige-
 re conati sunt, sed obsessi pari animositate
 urbem propugnantes, fortiter eos repule-
 re, ita vt amissis supremo excubiarum præ-
 fecto, 6. ordinum ductoribus, 8. signiferis,
 magno militum numero, vulneratis vero
 9. ordinum ductoribus, & 500. militibus
 recedere coacti sint. Sub vesperam igitur
 obsidentes inducias ad mortuos terra con-
 dandos, ab obsessis petiere, qui renuentes
 responderunt, cum omnis tractatio de sol-
 uenda

uenda obsidione ipsis haecenus ab obsi- Anno
 dentibus sit denegata, frustra iam ab ipsis 1627.
 inducias peti, insistendum victoriæ afful-
 genti celeri pede, hinc eruptione noctu fa-
 cta occisos in fossis spoliis vestibusq; exu-
 ere, & qui adhuc viuere videbatur, trucidarunt.
 Cum igitur Cæsareanis significatū fuisset,
 cæmiterium ab obsessis muris & munitio-
 nibus fortissimis cinctum, & adeo munitum
 esse, vt absque magna clade expugnari non
 posset, etiamsi ipsa vrbs multa cæde in
 potestatem redacta fuisset: conditiones
 pacis ipsis propoluere, quia fortissime
 urbem propugnauere, omnique militum
 fortissimorum officio defuncti fuerint,
 vitæ ipsis gratia facta: deficiente igitur
 comœatu cum nulla subsidiorum spes
 affulgeret, urbem Cæsareanis tradidere:
 Egressi igitur vrbe quatuor militum tur-
 mæ, omnibus cum impedimentis, vexillis
 expansis, funibus ardentibus, & globulis
 tormentariis ore retentis, incolumes ad
 arcem Guelphicam sunt deducti. Ciues
 vero fidelitatis iuramentum Cæsar. Mai.
 nomine Illustr. Comiti Furstenbergio præ-
 stiterunt, & 100. militum præsidium in
 urbem receperunt.

Cum vero interea Illustriss. Friedlandiæ
 Dux, sub initium mensis Iulii, Lischvitzium
 oppu-

Anno oppugnasset, nonnullis ex suis trucidatis,
 1627. & vulneratis, urbē subsequenti die in de-
Transactio ditionem accepit, milites vero, excepto vi-
cum Vinar- gilum summo præfecto, quatuor equitum
riensibus præfectis, & equitibus 40. qui ad Danica
copiis in Si- castra secedebant, nomina Cæsareanæ mi-
lesia inita, litia dederunt. Hinc Jägerndorffium pe-
 tit, & deditioe pariter recepit, militibus,
 qui militare detractabant, dimissis. Inde
 Coselium duxit, quam urbem Odera &
 Teucho fluuiis coniunctis præsidarii mu-
 niuerant. Cū vero antehac de induciis &
 dimittendis è Silesiæ prouincia copiis Vi-
 nariensibus inter vtriusque exercitus du-
 ces, tractatio esset instituta, tandem inter
 Illustr. Ducem Generalem, & Carpenza-
 nium Ordinum ductorem & alios mili-
 tum præfectos, præsidariosque urbis Co-
 selii transactum, vt prædicto Carpezanio
 ordinum ductori, cum omnibus aliis mili-
 tum præfectis, cuiuscunque ordinis status,
 vel nationis illi fuerint, concionatoribus,
 ministris, & impedimentis saluis tutus re-
 ceptus, & transitus ad Regem Daniæ, vel
 exercitum eius, ubicumque ille fuerit, pro
 stipendiis suis recipiendis, concedatur, pri-
 us tamen iurare teneantur, intra sex men-
 ses cōtra S. M. Cæs. se non militaturos. Mi-
 lites etiam Vinarienses, tam pedites, quam
 equi-

equites contra voluntatem suam Cæsari Anno
nomina dare, minime adigantur, sed cum 1627.
præfectis suis, & impedimentis saluis, cum
præsidio salui deducantur, præstito tamen
pariformi prius iuramento. Quæ omnia
Illustriss. Friedlandiæ Dux salua, & inui-
olabilia ipsis præstare, eosque omnes, in
loca tuta, quocumque velint, à suis inco-
lumes, cum omnibus impedimentis, de-
duci, suis etiam propriis impensis interim
alendos curabit, pedites tamen præter gla-
dios & impedimenta ac bona, arma reli-
qua, equites vero signa, siue vexilla sua
Duci tradere teneantur, saluis equis, sclo-
petis, & impedimentis, siue bonis suis,
quæcumque habuerint. Bona etiam, quæ
Illustres & nobiles Cosselium transtule-
re, salua, & incolumia ipsis permane-
ant.

Suecus interim 20. Iul. sūma vi Dantis- *Conflictus*
canos, in Kasenmarck aggreditur, & oppu- *inter Polo-*
gnat, in tantum vt Liesmannus Ordinū du- *nos & Sue-*
ctor, magna animi fortitudine, amissis ta- *cos.*
men 200. militibus, tormentis 14. cum
globis, & annona agmen perrumpens vix
euaferit. In hoc cōflictu ex Polonis turmæ
duæ deletæ, & Generalis Locūtenens, siue
Vicar. Ducis militū Danhe filius Liuonus, &
Asthā, Hibern⁹, militū ductor, multis è suis
amissis,

Anno amissis, capti fuerunt, & Suecus hoc modo
1627. continentem *kleine Werder* in potestatem
redegit.

*Troppauia
à Cesar. oc-
cupatur.*

Cum vero Cæsareani interim in obsi-
dione Troppauensi perseuerassent, & i-
gnitos globos in urbem coniecissent, ædes
quadraginta, vna cum æde sacra summa
incendio periere, quo damno consternati
ciues, accedente annonæ & aquæ penuria
30. Iul. urbem obsidentium arbitrio per-
misere; qui in deditiōem eam acceperē,
præsidiariis saluis dimissis: Hoc igitur pa-
cto vniuersa Silesia ad Diui Ferdinandi
Cæsaris, Domini nostri Clementissimi im-
perium rediit.

*Luttershu-
sa Cesar.
copiis cedit.*

Daniæ vero Rex prope Hamburgum
primariam Saxonæ inferioris urbem, ad
Telonium, vt & in ceteriori parte munitio-
nem fortissimam ædificari curauit; & Lu-
becam versus oppidum Luttershusam op-
portunum ad prohibendum transitum
locum valido præsidio firmavit, verum
cum Illust. D. Comes Tillius vi locum ex-
pugnaturus, eo appulisset, tanti Herois
impetum præsidiarij non ferentes, dediti-
one facta, cum impedimentis 350. nume-
ro vrbe exiere. Eodemque modo præsidi-
arij in munitiōe prope Ardenburgam
Martium hunc pullum non sustinentes,
loco

loco cessere, & munitiones omnes ad pon- Anno
tem naualem prope Bouzenburgum, eius 1627.
potestati reliquere.

Cum vero sub finem huius mensis Il- *Conflictus*
lustr. Holsatiæ Princeps, Poloniam peti- *inter Casar.*
turus Landsbergam, Pansdorffum, Neo- *& Danos.*
dorffum, & vicina circum loca appulisset,
millia aliquot Danica castra secuta, cum
Duce suo Baudis prope Rosenbergam cō-
uenere, quo cognito Holsaticæ copiae ver-
sus Pitschenam urbem iter instituere, quos
Dani improuiso adorti, pagis quibusdam
incendio deletis, multis trucidatis, Pitsche-
nam intromitti sub nomine Cæsareanorū
petiere: cumque præfectos & duces ad-
missuros, urbis magistratus recepisset, vni-
uersæ copiae impetu facto, urbem ingressi,
eaque potiti, & ciuium domos, excepto
templo spoliarunt, cum vero ipsum etiam
templum aggressuri viderentur, ab Duce
repulsi, abstinere tandem sunt coacti.

Progressus posthæc Baudisius cū quin- *Pugna inter*
que armatorum millibus, 24. Iul. Schyve- *Pechman.*
rinum Poloniæ oppidum versus, Nettam *& Baudis-*
fluuium transita parabat, sed itinere ab co- *sium.*
piis Krachteanis obsessio, retrogressi Lemā
peruenere, oppidum diripuerunt, abdu-
ctis quinque tormentis bellicis, hinc Le-
mersdorffum incendio deleuere. Cum

G

vero

Anno vero D. Pechmannus militum Dux septē
1627. millibus armatorum instructus, obuiam
sefe iis dedisset, impetu facto fortissime
Danos est aggressus, quorum impetum æ-
gre ab initio sustinere visus est. Verum su-
peruenientes Croati 700. magna Danos
vi aggressi, tormenta recuperarunt, & in
fugam adactos cætos, dissiparunt, quos ru-
stici adeo insectati sunt, & trucidauere ut
ipse Dux decem ex suis comitatus, vix fu-
ga se euaturum, speraret. Nonnulli vero
exiis postridie ad urbem Dam̄ fuga elapsi,
sed portis occlusis integrā diē ante eas ex-
cubare, & res pretiosissimas vilissimo pre-
tio diuendere coacti sunt, tandem dispersi
in diuersa abiere. D. Pechmannus vero
primo in conflictu tormento ictus, Mino-
rem Berlingā deductus, fato functus est.

*Præsidario-
rum in arce
Guelphica
eruptio.*

Præsidarii interim arcis Guelphicæ cur-
rus aliquot vino onustos, & captiuos ali-
quot milites in arcem deduxere, quod a-
stu perfecere, Cæsareanorum insignia v-
surpantes, verum fraude detecta, frustra
Cæsareani eos sunt insectati, cum iis, qui in
arce remanserant, mature eorum impetus
innotuisset.

*Obsessio &
& expugna-
tio urbis
Grollensis.*

Confederatarum Prouinciarum Belgi-
carum ordines hoc tempore urbem Grol-
lam

lam in potestatem redigere, & astu eam in- Anno
 tercipere sunt conati. Veteranis igitur ex 1627.
 præfidiis nonnullis deductis, in quorum
 locum milites nouiter conscripti, consti-
 tuti, Grollam & Lingam tentaturi, 260. si-
 gna peditum, & 57. turmas equitum, vna
 cum 300. curribus, annona, & aliis belli-
 cis instrumentis onustis, tormentis etiam
 centum, tam minoribus, quam maioribus
 instructi, ad urbem Grollam tandem castra
 posuere. Hisce conatibus auertendis Co-
 mes Henricus à Berg, 12000. peditum &
 5000. equitum, cum 150. vasculis puluere tor-
 mentario repletis, coegit, & præfidiū Ve-
 saliente auxit. Cū vero 19. Augusti omnia
 ad oppugnationem necessaria instructa ef-
 sent, & oppugnatio magnis viribus tenta-
 ta, cuius antesignani Galli & Angli, ma-
 gno eiulatu à sexu infirmiori edito, Il-
 lustr. Auricæ Princeps ab tormentorum
 vltiori explosione desistere mandauit,
 quo facto, obsessi tubicine misso, trium
 dierum inducias frustra petiere, respon-
 sum enim tulere, nisi intra horas nouem
 deditionem facerent, nullam in posterum
 vitæ veniam futuram.

Tandem ergo in has leges conuentum, vt
 subsequenti die hora 10. ante meridiem
 expansis vexillis, ardentibus funiculis.

Anno duobus tormentis, sex tonnis pulueris
 1627. tormentarii, & omnibus saluis impedi-
 mentis, illæsi in locum tutum, quem ipsi
 elegissent, deducerentur. Cum vero du-
 rante obsidione Angli cuniculum subter-
 raneum incendissent, Wilhelmus Nassou-
 uius attentius rei exitum contemplaturus
 extra vallum prospiciens, tormento ictus,
 vna cum alio quodam Anglo, ordinum du-
 ctore, occubuit. Vrbe dedita, Comes
 Henricus à Berg, 21. Aug. castris incensis
 Zuidloam cum exercitu suo petiit.

*Res in Saxo-
 ia inferio-
 ribus gesta.*

Pari modo etiam in Saxonie inferioris
 partibus Mars grassabatur. Cum enim 7.
 Aug. per exploratores transitus inter Ha-
 uelbergam, & Ratenauiam esset detectus,
 Illustr. Dux Lunæburgicus, minores quas-
 dam naues, quæ tignis connecti com-
 mode poterant, instruxit, & vna cum qui-
 busdam militum præfectis eo profectus
 est, verum aduentu eorum per piscatorē
 quendam cognito, Dani continentem,
 siue insulam in medio Hauelæ sitam, de-
 fendere conabantur, sed frustra: Cæsareæ
 enim copiarum tanta animositate impetum in
 eos fecere, vt ad fugam capeffendam eos
 cōpellerent, & continente siue Insula ce-
 derent. Tres interim ex iis, qui Duci Lu-
 neburgico ob corporis custodiam erant

con-

coniuncti, flumine superato naues quasdam minores abegere, quarum auxilio sclopetarii Cæsarei transeuntes, Danos in fugam adegere, & in munitionem quandam ut se reciperent, coegere. Illustr. etiam Dux nauicula flumen transiens, equo nando subsequente, explorato loco, munitionem fortissimam ibidem erigi curauit.

Illustr. etiam Comes Tillius, 9. Aug. nocte Albim ponte nauali iungere parabat, quo cognito Dani ponte nauali ad Buzenburgum rescisso, munitionibus præsidio nudatis, fuga dilapsi sunt.

Comes interim Tillius munitionem ad Buzenburgum extructam, aggressus, summa vi eam oppugnauit, & Danis profligatis, qui ab initio satis animose resistebant, quatuor tormenta bellica, in Albi profluentem submersere, quamplurimam pulueris tormentarii tonnas, incendio dissipauit, quo ignem concipiente templi vrbis Butzenburgi pars igne deuastata, munitionem interea in potestatem redegere, ordinum ductore, & signifero, qui deditionem fecerant, suspensis.

Postera vero die pedites Dani, corporis Regii custodes, Scotorum signa quinque Comes à Thurn Senior, cum 20. equitum armis, & copiis vniuersis, Butzenburgo

Anno discessere, vrbe & arce in potestate Ill. D.
 1627. Com. Tillii relicta, qui subsequēti die eam
 ingressus, magna annonæ copia Butzen-
 burgo, & Lavvenburgo, omnibus nauibus
 regiis, 24. numero, & 4. tormentis maio-
 ribus est potitus: Arcem etiam Nouam
 domum, ~~Stem~~hausen / quarto Lavvenbur-
 go miliari distantem, Præsidio Danico fir-
 matam, in potestatem redegit.

*Templum
 Havelber-
 gense occu-
 patum.*

Cum vero interea 13. Aug. pons naua-
 lis, ad transitum Havelæ tentandum, iam-
 que acies ab Ill. Principe D. Georgio Lu-
 neburgico instructa staret, sub auroram
 templum Havelbergense oppugnatura,
 Dani, qui præsidio illud tenebant, sponte
 sua inde abiere, & præsidiarios in tutum
 reduxere, adeo vt Cæsareani neminem in
 eo offenderent. Templo igitur præsidio
 firmato, exercitus Cæsareus Danos est in-
 secutus, qui eorum cognito aduentu, tran-
 situs, & munita loca omnia, quæ ad Albim
 tenebant, Cæsareanis occupanda libere
 dimiserunt.

*Terramo-
 tus in Apu-
 lia.*

Terræ motus hoc tempore ingens in A-
 puliæ oris exortus, quatuor horis integris
 prouinciam concutit, & vrbes septem Pau-
 li Fanum, Capriolam, Torremacorem,
 Seuerini Fanum, Casalem maiorem, Por-
 cinam, cum alio quodam oppido, absor-
 psit,

psit, 12000. hominum ruina obrutis, inter Anno
 quos D. Vertura Seuerini Fani Episcopus, 1627.
 occubuit. Lacus etiam 16. miliarium, fau-
 ce quadam & voragine absorptus, exaruit,
 flumen vero Tortore horis aliquot defe-
 cit, mox aquis tanta vi reffluentibus, vt loca
 quamplurima inundatione perirent, & è
 regione Troiæ magnus mons exurgeret.
 Nec hic malorum finis, vigesimo enim Au-
 gusti mensis die terræ motus redire visus
 magno cum mortalium tremore, & maris
 refluxus infulæ Termitti, tanto impetu re-
 fluxit, vt pisces è mari in continentem in-
 ueheret.

Postquam Vinarienses copiæ quæ ante
 hac in Silesiæ prouinciis hæserant, è pro- *Cæsarei ex-*
 uincia discessissent, partim fuga elapsi, par- *ercitus pars*
 tim salui dimissi, copiarum etiam Cæsare- *è Silesia ab-*
 arum pars magna è terris illis abducta est, *ducta.*
 vt Daniæ exercitus reliquias persequere-
 tur.

Cæsar. interim Maiest. Dominus noster *Mandatum*
 Clementissimus, arctiori mandato Duces *Cæsar. ad*
 Megapolitanos admonuit, ne Danicum *Ord. Me-*
 exercitum vlla ope, vel auxilio subleua- *gap. & Lu-*
 rent, pari modo etiam ad eiusdem Duca- *becenses.*
 tus ordines perscripsit: sub pœna amissio-
 nis omnium bonorum, hocque manda-
 tum Principi & Statibus per tubicinem ab

Anno Episcopo transmissum. In eandem fere
 1627. sententiam S. Cæs. Mai. etiam Senatui Lu-
 becensi mandauit, vt Lubecensis Senatus,
 tanquam primarii Anseaticarum ciuita-
 tum, Hamburgensi, & Bremensi ciuitati-
 bus (nec enim Cæs. M. eas, vt periuras, vl-
 teriore exhortatione dignari,) signifi-
 cent, ne Danicum exercitum vlla ope, au-
 xilio, vel subsidio subleuent, sed potius Al-
 bim, & Velaram pristinae libertati restitu-
 ras, naues omnes peregrinas, armatas, di-
 sturbent, dissipent, sub pœna confiscationis
 omnium Priuilegiorum; Quod si vero hi-
 sce mandatis parere recusarint, Comiti
 Tillio executionem comminationum iam
 dudum factarum esse demandatam: Quæ
 omnia Lubecenses per Syndicum suum D.
 Schobelium ipsis significarunt.

*Insula de Re
 ab Anglis
 occupata.*

Angli interim excursionem in Gallia oras
 facta, Insulam de Redictam, haud procul
 Rupella distantem in potestatem redege-
 re, quamplurimis Gallis trucidatis.

*Res in Saxo-
 nia inferio-
 re gesta.*

Comes etiam Tillius Perillustris victo-
 riarum suarum cursum persequens, 4. Sep.
 aliam etiam munitionem Danis expulsis,
 recepit, nonnulla etiam alia loca, vt por-
 tum ipsum, & telonium quod Hambur-
 gensium & Lubecensium præsidio tene-
 batur, in potestatem redegit, sed Danis e-
 icctis

iectis Hamburgensibus & Lubecensibus Anno
restituit, Domitium etiam deditioe ce- 1627.
pit.

Nec vero interim Suecus quieuit: Cum
enim munitiones duas prope Dantiscum
urbem, expugnasset, quatuor tormenta æ-
nea, 600. minora manualia, cum globulis,
aliisque in potestatem redegit; Cum vero
Locum tenens Arkedo in Polonorum a-
gmina, incidisset, magna vi perruptis ordi-
nibus saluus euasit, 150. ex Polonis cæsis,
& vexillis 4. receptis; ob quod facinus e-
gregium à Sueco, equestri ordine est do-
natus.

CONCLUSIO.

*Hac vero de rebus hoc tempore gestis per
totum fere terrarum orbem insignioribus, tra-
dere visum fuit: Ea vero qua hic narramus,
prout accepimus, bona fide annotare volumus
parati omni tempore tollere, addere, corrige-
re, tollenda, addenda, corrigenda, dum
fuerimus melius à te
edocti.*

INDEX

INDEX RERVM MEMORABILIVM.

A Ngli Gallos inuadunt, 60.	Hassiacorum principum recon-
A urifodina in regno Pe-	ciliatio frustra tentata, 58
ruano corrupta, 80	Incendium Viennense, 42. Grün-
A ustriaci rustici supplicio affe-	bergense, 62
cti, 20. 53. eorum deprecatio,	Insula de Re occupata, 104.
43.	Landgrauii Hassia nuptia, 24.
B randenburgum occupatum, 51.	Liechtensteiniani funeris dedu-
B randenburgicus Elector in obe-	ctio, 19
dientia erga Cas. se perseue-	Limbachius Hoiam intercipere
raturum promittit, 80. eius	tentat, 63
mandatum auocatorium ad	Luttershusa Ca. ar. cedit, 96
subditos suos, 87. aliud, 88.	Navis Hispanica maxima, 19
C asarea & Danica castra op-	Naues Turcica oppugnata, 41.
posita, 91	Duykerkanae duae captae, 39.
C esaris edictum pro reforma-	Hispanica capta, 61. Dantif-
tione Relig. in Bohem. 67.	cana oppressa, 63
mandatum ad Duc. Me-	Northemium captum, 92
gap & Lubecenses, 103.	Nuptiae Com. Slavvata, 79
C ommeatus Northemium in-	Plaga occupata, 39
troductus, 36	Pragensis reformatio, 53
C ommerciolorum usus inter Gal-	Prasidiariorum in arce Guel-
los & Anglos interdictus, 63.	phica eruptio, 98
C ommissarij Generalis Danici	Pugna inter Pechman. & Bau-
Litera, 53	disium, 97
C omitia Borussiana, 38	Processio Vienna instituta, 31
C onflictus inter Casar. & Da-	Pugna naualis inter Polonos &
nos, 97	Suecos, 80. inter Hispanos &
D ania R. edictum, 31. litera ad	Gallos, 85
Elect. Brandenburg. 33. co-	Reliquia S. Noriberti condita,
pias educit, 39	57.
D uynlacka capta, 52	Res gesta in Belgio, 8. 63. 91. in-
G rolla occupata, 98	ter Casar. & Danos, 4. in
H ammersteinium captum, 36	Italia, 21. 37. 40. 59. Hispan-
H assiaci principatus admini-	nia, 23. inter Polonos, &
stratio Filio ab Mauritio da-	Suecos, 36. in Silesia, 35. 53.
ta, 58	in Turcia, 59. in Saxonia in-
	férieure,

I N D E X.

<i>feriore, 74. 110. 104</i>		<i>in Silesia inita, 83. Noriber-</i>
<i>Solmensis litera ad Sen. Einbec-</i>		<i>gensis, 46</i>
<i>canum,</i>	<i>81</i>	<i>Tillii litera ad Ord. Duc. Hols-</i>
<i>Suecorum expeditio contra Po-</i>		<i>11. ad ord. & Princ. Holsat.</i>
<i>lonos,</i>	<i>23</i>	<i>9. ad epistol. Duc. Megapoh.</i>
<i>Terra motus, 19.</i>	<i>102</i>	<i>17.</i>
<i>Templum Havelbergense occu-</i>		<i>Vinariensium in Silesia res ge-</i>
<i>patum,</i>	<i>102</i>	<i>sta, 62</i>
<i>Transactio cum Vinariensibus</i>		

F I N I S.

INDEX


Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.


FINIS


Faint, illegible text at the bottom of the page.
















B6.6.137(16,1-4.)

X 260 9080

VD 17

K





RII GALLOBELGICI,
ARDO ARTHUSIO p. m. Suc-
CENTVRIATI,

Sive

R V M I N

ET BELGIO PO.

; HISPANIA QVOQVE,

GLIA, GERMANIA, VNGA-

ria, vicinisq; locis, à nundinis Francofor-

5 2 7. vernalibus, ad autumnales vsq;

m anni cum primis gestarum,

RICÆ NARRATIONIS

continuate,

DECIMI SEXTI,

ER TERTIVS,

re & fideliter conscriptus per

RGIVM BEATVM Fr.

Ph. M. & Not. publ. Cæsar.

Cæs. Majest. Privilegio Speciali.



ANCOVRTI,

vidua Sigismundi Latomi, Anno 1627.